22. die *Januarii*,
1689.

Imprimatur.

JOHN HOSKYNS, *VPRS.*

SYNOPSIS
METHODICA
STIRPIUM
BRITANNICARUM,

IN QUA

Tum Notæ Generum Characteriſticæ traduntur, tum Species ſingulæ breviter deſcribuntur:

Ducentæ quinquaginta plus minus novæ Species partim ſuis locis inſeruntur, partim in Appendice ſeorſim exhibentur.

CUM

INDICE & *Virium* EPITOME.

AUCTORE

JOANNE RAIO,

E Societate Regia.

LONDINI:

Proſtant apud SAM. SMITH ad Inſignia Principis in Cœmeterio D. Pauli. MDCXC.

Perillustri Adolescenti

D. THOMÆ WILLUGHBY, Bar.

D. FRANCISCI WILLUGHBY
τοῦ μακαρίτου *Filio unico superstiti,*

JOANNES RAIUS, S. D.

CUM B. M. Parenti tuo, Amicorum optimo, & ob egregia in me merita æternùm honorando Catalogum Plantarum Angliæ & Insularum adjacentium *inscripserim, cui potiùs quàm tibi, Generosissime Juvenis, Paternæ virtutis non minùs quàm bonorum hæredi, libellum hunc ejusdem materiæ & argumenti, verùm in novam transmutatum formam dedicarem? Præsertim cùm tu Parentis vestigiis insistens toti Philosophiæ & Historiæ naturali, & imprimis Rei Herbariæ excolendæ illustrandæque studia tua addixeris;*

non

non libris tantùm, legendis, ſed naturæ phænomenis & effectis obſervandis, experimentiſque faciendis intentus. Pergas bonis avibus quo cœpiſti pede, nec in ſtudiis tantùm, ſed & in omni vita Patrem, ut facis, imitari perge, Pietatis & Virtutis exemplar inſigne; qui quàm ſanctus & caſtus, & ſobrius, & à voluptatibus invictus, & juſtus, & beneficus, humilis denique & modeſtus fuerit alibi dixi, neque hîc repetam. A te tuique ſimilibus

------ quibus Natura benigna,
Et meliore luto finxit præcordia Titan,

quibúſque in re ampla animus à curis mundanis liber, otiíque & facultatum ad experimenta tentanda abundè, quid non ſperare fas ſit? cùm ii etiam quibus cum rei familiaris anguſtiis colluctandum eſſet, curæque, & cogitationes eò præcipuè intendendæ, ut acquirerent quo ſe ſuóſq; ſuſtentarent, tantum præſtiterint. Quid plura? His ſtudiis, novis quæ obſervanti & experienti indies occurrent inventis, Hiſtoriam natu-

ralem

ralem locupletabis; unde & ipse incredibilem voluptatem percipies, & aliis Philosophiæ solidioris cultoribus ea ingenuè impertiendo summopere gratificaberis, eorúmq; plausus & encomia mereberis. His moribus, bonâ conscientiâ munitus, Deo & hominibus charus, summa in pace & tranquillitate ætatem deges, & decurso demum inoffenso pede hujus vitæ spatio, immortalem in terris famam, felicitatem in cœlis æternam consequeris. Vale.

PRÆFATIO.

PRÆFATIO.

POst distracta exemplaria primæ editionis *Catalog. Plantarum Angliæ*, cùm libellus iste à multis adhuc desideraretur, Amicissimus vir & Historiæ naturalis callentissimus D. *Radulphus Johnson ὁ ἐν ἁγίοις*, è re studiosorum fore ratus in stirpibus disponendis Naturæ potius quàm Alphabeti ordinem sequi, me ut id facerem in proxima nostratium editione hortatus est; cujus consilium quamvis maximè probarem, tunc temporis exsequi non sum ausus, quòd me tali incepto omnino imparem sentirem, cùm ad id requiratur, tum ut aliorum methodi curiosè expendantur, tum ut species omnes plantarum hactenus cognitæ diligenter inter se conferantur, earúmque convenientiæ & differentiæ observentur, quod multum temporis & operæ exigit.

Circa id tempus à Reverendiss. Præsule D *Joanne Wilkins*, Episcopo tum Cestriensi, Amico & Patrono meo colendissimo requisitus, ut ad Tabulas Philosophicas pro *Cha-*

ractere Universali, (cujus specimen tum parturibat) complendas, Arbores & Herbas in Methodum aliquam redigerem, in qua tamen mihi non liberum erat Naturæ ordinem sequi, verùm Herbas in tria genera (nec enim plura nec pauciora instituti ratio patiebatur) distribuere coactus sum, tumultuario opere & ferè extempore id præstiti. Verùm post diligentius examen cùm Methodum illam non tantùm imperfectam, sed & in multis vitiosam deprehenderem, ad novam & accuratiorem investigandam me accinxi, tandémque re diu multúmque perpensa, ex nostris aliorúmque observationibus invicem collatis, distributionem illam exsculpsi, quam quinque retro annis evulgavi, quâque in nonnullis emendata in HISTORIA PLANTARUM non ità multò post edita usus sum. Cúmque hujusmodi Methodum Indicis ope ad omnes Catalogi Alphabetici usus accommodari posse viderem, quinimo eidem, additis præsertim notis tum Generum characteristicis, tum Specierum discretivis, plurimùm præstare; exhausta jam & divendita Secunda Catalogi prædicti Impressione, opportunum duxi D. *Johnsoni* consilium sequi, & fidem superiore Autumno datam liberare.

En

En tibi ergo, (Amice Lector) Methodicam Synopsin aut potiùs Historiam succinctam Stirpium Britannicarum; in qua Notæ primùm genericæ præmissæ, deinde Speciebus infimis Descriptiunculæ, ubi opus est, subnexæ, cum plantis diligenter collatæ, incertam, ni fallor, & ἀδιάπλωτον uniuscujusque cognitionem attentum observatorem (ut alibi diximus) absque ulla picturæ ope inducent. Speciebus illis quibus notæ diagnosticæ nullæ additæ nullas duximus necessarias ob epitheta nominibus & synonymis adjuncta, quæ descriptionem continent.

Ducentas insuper novas species post editum denuo Catalogum à nobis & ab Amicis observatas suis locis in hoc Opusculo dispositas invenies: tertiam Centuriam in Appendice, quòd seriùs & post Opusculum imprimi cœptum communicatæ essent.

Verùm nè mihi plus arrogem quàm quod jure debetur, néve ex alienis flosculis capiti meo coronam nectam, earum quæ huic libello accesserunt specierum maximam partem ab Amicis mutuatam agnosco, quorum nomina symbolis suis adscripta quid quisque contulerit Lectorem certiorem fa-

cient. Quoniam verò nonnulli fortaſſe qui Præfationem hanc legere dignabuntur, præ faſtidio Opus ipſum vix evolvent, omnes unà quibus me debitorem agnoſco hîc quoque commemorare libet. Ii ſunt, D. *Jacobus Bobertus*, Horti Medici Oxonienſis Præfectur, qui ſpecies circiter quadraginta à ſe obſervatas, præter comprehenſas in Catalogo noſtro Plantarum Angliæ, communicavit. Eas, quòd ſeriùs tranſmiſſæ eſſent, in Appendice una exhibuimus. Notandum autem Graminis ſpeciem, quam pro Gr. foliolis junceis brevibus radice nigra & alba *C. B.* D. *Bobertus habuit*, à nobis omiſſam fuiſſe, quòd tum Hiſtoriæ noſtræ tum faſciculo inſerta eſſet ſub titulo Graminis capillacei locuſtellis pennatis non ariſtatis, & putavimus etiam in hac Synopſi extare. Verùm admonitus ſum illam noſtrâ, quod dolet, incuriâ omiſſam eſſe.

D. *Samuel Dale* Pharmacopœus, Brantriæ in Eſſexia Medicinam faciens.

D. *Matthæus Dodſworth*, Botanices apprimè gnarus.

D. *Samuel Doody*, Pharmacopœus Londinenſis, qui & Opus ipſum plurimis ſpeciebus

bus ditavit; & alias etiam tum ſpecies tum Obſervationes Appendici reſervavit.

D. *Thomas Lawſon*, diligens & induſtrius nec minùs peritus Botanicus, Stricklandiæ in Weſtmorlandia degens.

D. *Jacobus Newton*, in ſtirpium Britannica diligenti inquiſitione & cognitione nulli ferè ſecundus.

D. *Edwardus Lloyd* Oxonienſis, non rei tantùm Herbariæ, ſed totius Hiſtoriæ naturalis pertiſſimus, qui multis & raris Synopſin hac noſtram ſpeciebus auxit: cujus quamvis mihi nondum de facie noti, amicitiam ob ingenium, eruditionem, & ſingularem animi candorem plurimi facio.

D. *Jacobus Pettiver*, non poſtremæ notæ Botanicus, mei amiciſſimus.

D. *Robertus Plot* LL. Doctor, è cujus Hiſtoriis Nat. lectu ſanè digniſſimis, territorii tum *Oxonienſis* tum *Staffordienſis*, non pauca in Hiſtoriam & Synopſin noſtram tranſtuli, Hujus etiam amicitiæ debeo, quæ ipſius inſtinctu & ſuaſu permotus D. *Lloyd* communicavit.

D. *Leonardus Plukenet*, majorum Gentium Botanicus, qui si de primatu in hoc scientia contendere vellet, principibus etiam viris dubiam palmam faceret. Observationes ejus pereruditas brevi edendas appello, quæ dictis fidem facient, quidque in Botanicis possit Lectorem abunde convincent.

D. *Hansius Sloane*, quem * alibi laudavimus. Hic Jamaicam adnavigans, subcisivis horis mirâ industriâ istius loci plantas investigavit, inventas non minore diligentia, fide, ἀκριβείᾳ descripsit & delineavit. Mirum sanè mihi visum est, tot novas, raras & indictas stirpes, eximiæ pulchritudinis & elegantiæ, intra unius insulæ angustias sponte provenientes tantillo tempore inveniri potuisse, præsertim ab uno. Hic mihi scrupulum exemit, quo jamdiu vexatus sum, an scilicet dentur plantarum aliquæ species novo Orbi cum nostro communes; dari affirmans, exhibito etiam, nostram in gratiam, Catalogo earum quas hujus generis observavit.

* In Præfatione ad primum Tomum Historiæ Plantarum.

D. *Gulielmus Sherard*, Collegii S. Joannis in Academia Oxoniensi socius, ob eximiam Rei

Rei herbariæ ſcientiam non immerito celebris & ob ſuaviſſimos etiam mores ab Amicis nobis commendatus.

Agmen claudat ſagaciſſimus Vir & conjunctiſſimus Amicus noſter D. *Tancredus Robinſon* M. D. qui plura omnibus Opuſculo huic contulit. Nam & Manuſcriptum recognoſcendo, quicquid à me per oblivionem incuriam aut feſtinationem admiſſum omiſsúmve deprehendit emendare & ſupplere dignatus eſt: quicquid ad ejus illuſtrationem aut complementum pertinere, aut aliquo modo facere arbitratus eſt, me amicè commoneſecit. Eodem obſtetricante fœtus hic noſter, qui aliquandiu in partu hæſit, in lucem tandem eluctatus eſt.

Supereſt ut agnoſcam Species nonnullas ſtirpium quæ in *Catalogo Angl. Hiſtoria noſtra & Faſciculo* habentur in hac Synopſi, Opera invicem conferendi tædio aut neglectu, à nobis omiſſas eſſe: quarum Catalogum cum Synonymis & locis natalibus additum in Appendice reperies.

Cùm jam expediverim quæ ad Synopſeos intelligentiam præcognitu neceſſaria duxi, liceat mihi Præfationem hanc gratiarum a-

ctione claudere. Gratulor ergo fortunis meis, meritásque Divino numini gratias ago, quòd me hoc demum seculo nasci voluit, in quo inani illa leptologia, quæ Philosophiæ titulo nostrâ etiam memoriâ Scholas occupavit, fastiditâ & facessere jussâ, in locum ejus successit solida & experimentis inædificata Philosophia, nequicquam reclamantibus & obnitentibus senioribus Academicis, ejusmodi quisquiliis innutritis; qui frugibus repertis glande vesci maluerunt, nè scilicet cogerentur,

Quæ juvenes didicere senes perdenda fateri,

Séque umbram Philosophiæ sectatos, & pro Junone nubem amplexos in re nihili ætatem trivisse.

In quo nobilissimis inventis, Aeris pondere & elastica vi, vitris telescopicis & microscopicis, irrequieto sanguinis per venarum & arteriarum canales circuitu; vasis lacteis & chylifero ductu, Organorum generationi inservientium structura, aliísque quæ recensere longum esset, abditissima Naturæ penetralia reserata, nováque planè Physiologia introducta est.

In

In quo ſcientiæ omnes novis indies acceſſionibus augentur, præ aliis autem Hiſtoria Plantarum, cui promovendæ ardentiſſimis ſtudiis inſtant non tantùm privati homines, ſed ipſi etiam Principes & Magnates, ſtirpibus undique conquiſitis hortis & viridariis ſuis inſtruendis intenti, ablegatis etiam in remotiſſimas Indiarum regiones Botanotheris, qui & ardua montium,& profunda vallium,& opaca nemorum & camporum æquora rimentur, omnéſque terrarum ſinus, latebras, angulos explorent, ut quicquid uſpiam latet in apricum producant & viſibus noſtris exponant.

Nihil non grande & magnificum ab his ſperandum, quibus facultates ad Plantas indagandas, coemendas, comportandas, colendas, delineandas abundè ſuppetunt, quarum inopia aliorum plerunque induſtriam ſufflaminare & conatus fruſtrari ſolet.

Sunt qui Philoſophiæ experimentalis ſtudium Curioſitatis nomine reprehendunt, & ſciendi aviditatem tanquam affectum Deo ingratum criminantur, adeóque Philoſophantium impetus reprimunt, & ardores reſtinguunt. Quaſi verò Deus Opt. Max. ſcienti-

am

am hominibus invideret: quasi cùm nos primitus formaret, non satis perspiceret, quousque penetrare posset humanæ mentis acies, aut si gloriæ suæ id interesset, non angustioribus terminis eam circumscripsisset: quasi hominem intelligendi facultatem quam ipsi impertiverat ad ea extendere nollet, quorum capacem fecerat, quæque investigandi media obtulisset: aut si id nollet, quousque eum progredi vellet non præscripsisset, nè ad ulteriora tenderet interdicto. Qui verò Scientiam tantopere elevant & sugillant, perpendant velim, Scientiam id esse quo homines sumus, quo à Brutis distamus, quo Angeli nobis excellunt, quo virtutis & felicitatis capaces reddimur: hæc enim in Bruta & ratione destitutas naturas non cadunt. Eos nihilominus qui malis artibus scientiam aucupantur, aut præstigiis Dæmonum se deludendos permittunt ut arcana & futura rimentur, severa reprehensione coercendos & damnandos censeo.

Verùm, ut nihil est ab omni parte beatum, politiores literæ, Linguarum & Antiquitatum studium, Critice, Grammatice, à proximis decessoribus nostris ad ipsum Meridianæ (ut ita dicam) altitudinis culmen evecta, ætate nostra velut ἀκμὴν prætergressa, paula-

paulatim declinare videntur & ad occasum vergere. Rari quippe apud nos apparent *Casauboni*, *Grotii*, *Salmasii*, *Scaligeri*, *Seldeni*, *Bocharti*, *Vossii*, &c. superioris seculi lumina & ornamenta. Eruditi scilicet nunc dierum rebus præcipuè ediscendis intenti, de verbis minùs sunt soliciti.

Gratulor insuper eidem Numini, quòd me tandiu rebus humanis interesse & vitali aura frui concesserit, donec viderem dulcissimæ Patriæ ejusmodi Principes Divino favore præfectos, quales in nuperis quæ Regno huic imminebant procellis optâssem quidem, sperare vix ausus essem, castos & sanctos, & omni virtutum genere relucentes; sub quorum placidissimo imperio, modò Deus pacem indulserit, prosperrimum rerum statum & aurea planè secula nobis pollicemur; ad quorum exemplum si subditi mores suos componere vellent, non video quid huic genti ad consummatam felicitatem possit desiderari. Profligata quippe superstitione Religioni puriori & reformatæ suus honos constat, ejúsque professio & praxis non tantùm libera & permissa, sed ab ipsis Regibus tum verbis jussa, tum exemplo subditis commendata. Excusso quo premi cœpimus servitutis jugo, inassuetis cervi-

cervicibus intolerando; avita libertas ſarta tecta; ſua cuique ordini privilegia & immunitates redditæ. Repreſsâ flagitioſi militis ingenuis hominibus intra privatos parietes impune inſultantis, omniáque rapinis, cædibus, libidinibus implentis, effrænatâ licentiâ, ſecura unicuique facta eſt & non ſolicita rei ſuæ cuſtodia. Legum patriarum, quas Fundamenti vocant, majeſtas intemerata: Philoſophia denique & omnes ingenuæ diſciplinæ, Principum favore ſtudioſorum conatibus aſpirante & induſtriam provocante miros progreſſus & incrementa ſpondent.

Hæc bona nobis ut ſtabilia & perpetua ſint, optandum inprimis eſſet, ut quàm rebus humanis neceſſarii tam non mortales rent Auguſtiſſimi Principes, quorum ea virtute nobis parta, conſiliis & providentia hactenus cuſtodita ſunt. Verùm quoniam humanitatis conditio id non permittit, *Fortes autem creantur fortibus & bonis*; proximum eſt ut benignum Numen ſupplici prece veneremur, ut cùm hi gloriæ & annorum ſaturi, cœlo maturi in beatas ſedes migraverint, ex eadem ſublimi proſapia continua ſerie ad conſummationem uſque ſeculi ſuccedant Reges, eodem ſpiritu afflati,

afflati, nec majoribus ſuis ulla in re præterquam ætate minores, ſub quorum felici imperio omnibus pacis bonis abſque ulla morum corruptela gaudeamus.

Explicatio Nominum Abbreviatorum.

AD. & Ad. Lob. *Adversaria Penæ & Lobelii.*
Boccon. *Bocconi Icones & observationes.*
C. B. *Caspari Bauhini Pinax.*
C. B. Prod. *Caspari Bauhini Prodromus.*
Cæs. & Cæsalp. *Andreas Cæsalpinus.*
Cam. *Camerarius.*
Cat. Altorf. *Catalogus Jungermanni.*
Clus. & Clus. hist. *Caroli Clusii Historia.*
Col. *Fabius Columna.*
Commelini, *Catalog. Plant. Hollandiæ.*
D. Plot *Hist. Nat. Oxon. & Stafford.*
Dod. *Remb. Dodonæi Pemptades.*
Ephem. German. *Ephemerides Germanicæ Naturæ Curiosorum.*
Eyst. *Hortus Eystettensis.*
Fuch. Fuchsii hist.
Ger. & Ger. emac. *Gerardi historia emaculata à Tho. Johnson.*
Gesn. *Gesnerus.*
J. B. *Joannis Bauhini Historia.*
Johnsoni, *Itineraria.*
Lob. *Lobelii Observationes.* Lob. ico. *ejusdem icones.*
Ludg. *Historia Lugdunensis.*
Magn. *Magnoli Botanicum Monspeliense.*
Matth. *Matthiolus in Dioscoridem.*
Mentzel. *Mentzelii Index & Pugillus Plantarum.*
Merret, *Pinax.*
Moris. *Morisoni Historia.*
Munting. *Muntingius de Herba Britannica.*
P. B. *Phytologia Britannica.*
Park. *Jo. Parkinsoni Theatrum Botanicum* Park. parad. *Ejusdem Paradisus terrest. seu Hortus.*

P. Her-

P. Herman. *Pauli Hermanni Hortus Lugduno-Batavus.*
Pr. Parad. Batav. *Prodromus Paradisi Batavi D.P.Hermanni.*
Schol. Botan. *Schola Botanica Tournefortii.*
Sibbald. Prod. *Sibbaldi Predromus Historiæ Naturalis Scotiæ.*
Swenckfeld. *Swenckfeldius de plantis Silesiæ.*
Tab. *Tabernæmontanus.*
Thal. *Jo. Thalii Sylva Harcinia.*
Trag, *Hieron. Tragi historia.*
Hist. nost. *Historia nostra Plantarum haud ita pridem edita; in qua agitur primò de Plantis in Genere, earumque Partibus, Accidentibus & Differentiis; deinde Genera omnia, tum summa, tum subalterna, ad Species usque infimas, Notis suis certis & Characteristicis definita, Methodo Naturæ vestigiis insistente disponuntur. Species singulæ accuratè describuntur, obscura illustrantur: omissa supplentur, superflua resecantur, Synonyma necessaria adjiciuntur; Vires denique & Usus recepti compendiò traduntur.* Prostat apud *S. Smith.*

SYNOP-

SYNOPSIS METHODICA STIRPIUM BRITANNICARUM.

GENUS PRIMUM: *PLANTÆ IMPERFECTÆ.*

PLANTÆ imperfectæ ſunt quæ flore & ſemine carere vulgò creduntur: quamvis nupera obſervatio in Fucis marinis ſemina detexit.

Harum tres ſunt ſpecies ſeu genera ſubalterna; viz. *Plantæ ſubmarinæ, Fungi & Muſci.*

Plantæ ſubmarinæ ſunt vel *lapideæ*, vel *ligneæ*, ſeu *corneæ* ſubſtantiæ, vel *herbaceæ.*

Primi generis tres tantùm ſpecies apud nos hactenus obſervatæ ſunt: nimirum,

1. Corallium album pumilum noſtras. *Small white Coral.* A. Corallio albo *Lob. Ger. Park.* differt. *It is found plentifully in the ooze dredged out of* Falmouth *Haven, to manure their Lands in* Cornwal: *it's not unlikely that it may alſo grow on the Rocks about* St. Michaels Mount, *though we obſerved it not there.*

2. Corallina *J. B.* Anglica *Ger.* Muſcus marinus, ſive Corallina Officinarum *C. B.* marinus, ſive Corallina alba Officinarum *Park. Sea-Coralline.* Rupibus marinis, interdum etiam conchis aut teſtis accreſcit ubique ferè apud nos. Variat colore albo, purpureo, luteo aut virente. Cauliculo eſt & ramulis pyxidatim articulatis.

3. Corallinæ affinis ſeu Muſcus marinus tenui capillo *J. B.* Muſcus capillaceus multifido folio albidus *C. B.* marinus albidus *Ger.* marinus, ſive Corallina rubeus *Park. Fine-leaved Coralline moſs.* Saxis, teſtis, Algæ, aliiſque plantis marinis adnaſcitur. Variat colore rubente, viridante, cinereo, nigro, albicante.

Secundi generis unica ſpecies à *D. Newton* obſervata, nobiſque oſtenſa eſt, quam

Fruticulum marinum cauliculis craſſiuſculis teretibus rigidis pennatum denominavimus.

Tertii generis [quæ herbaceæ & mollioris conſiſtentiæ ſunt] duæ habentur ſpecies ſeu genera ſubalterna, nimirum Fuci & Muſci.

Fuci ſeu Algæ nobis cenſentur quæ majores ſunt & plerunq; foliaceæ, quarum multæ ſpecies.

1. Fucus ſive Alga marina latifolia vulgatiſſima. Fucus maritimus vel Quercus maritima veſiculas habens *C. B.* Quercus marina *Cluſ. Ger. Park. The moſt common broad-leaved Sea-wrack.* In Saxis, rupibus & litoribus marinis petroſis, quouſque aquæ ſingulis æſtuum accellibus ea inundant ubique fere invenitur. Hujus ſpeciem minorem aliàs ſimilem, niſi quòd minùs profundè & ad margines aquarum naſcatur, obſervavimus.

2. Fucus ſive Alga latifolia major dentata. *Broad-leaved indented Sea-wrack.* In profundioribus naſcitur. A præcedente foliis majoribus & circa margines dentatis differt. In hac ſpecie veſiculas nondum obſervavimus. In Sabrinæ æſtuario & alibi copioſè.

3. Fucus ſive Alga marina anguſtifolia veſiculas habens. Fucus marit. nodoſus *C. B.* Quercus marina 3. *Ger. emac. Long narrow-leaved Sea-wrack.* Flagellis longioribus, foliis anguſtioribus & acutioribus à prima ſpecie differt, cum qua promiſcuè oritur.

4. Fucus anguſtifolius foliis dentatis. *Narrow-leaved Sea-wrack with indented leaves.* In litore Cornubienſi inter alia maris rejectamenta invenimus. Deſcribitur Hiſt. noſt. *p.* 71.

5. Fucus

5. Fucus ſive Alga membranacea purpurea parva. *Small purple membranaceous Sea-wrack.* Altitudine eſt palmari, Foliis planis, tenuibus & membranaceis, ramoſis. Per ſiccitatem purpureo colore tingitur, éſtque pellucida Pergameni ferè inſtar. In litoribus frequens invenitur. Multæ hujus varietates obſervantur, latitudine, figurâ, & diviſurâ foliorum ludentes.

6. Fucus membranaceus ceranoides *C. B. Dils* Scotis, *Duleſh* Hibernis. Cognata non tamen prorſus eadem cum præcedente planta videtur. Folia longiora, latioráque, nec dichotomian obſervant. Poſt exiccationem aquæ iterum infuſa ſatis validum Violæ odorem ſpirant. Hunc Hiberni, apud quos copiosè invenitur, ſtudiosè exiccatum & convolutum aſſiduè in ore habent & maſticant. Vide Append. Hiſt. noſt. *p.* 1849. Annon Hiberni Salis Alkali in exiccatione hujus Fuci momentum adjiciant inquirendum: Hoc enim, obſervante Imperato, Fuco tinctorio additum colorem pariter odorémque violæ producit. In Itinerario meo Angliæ invenio Northumbros Fucum quendam *Dulſe* dictum eſitare, quem Lactucæ marinæ ſpeciem eſſe tum conjectabar; qui proculdubio idem eſt cum Scotorum *Dils*, nec multum abludit à Lactuca marina.

7. Fucus ſeu Alga tinctoria *Lugd.* lentus fœniculaceus, ſeu Coralloides lenta fœniculacea *J. B. Diers Wrack. On the ſhore near* Bridlington; *obſerved by* Mr. Stonehouſe. Bambergæ Northumbriæ cùm eſſem, narrarunt mihi piſcatores ſpeciem quandam Algæ tinctoriæ in mari oram alluente copiosè provenire; quæ piſcium etiam tranſnatantium tergora colore ſuo inficiat. Plantam ipſam non vidimus, ſed ex eorum relatione Algæ tinctoriæ *J. B.* affinem eſſe ſuſpicabamur.

8. Fucus ſeu Alga exigua dichotomos, foliorum ſegmentis longiuſculis, craſſis & ſubrotundis. An Fucus ferulaceus *Lob. Ger. Park.* folliculaceus Fœniculi folio longiore *C. B.*? *Small Sampire-leaved Wrack.* In litus crebrò rejicitur. Per ſiccitatem nigricat.

9. Alga exigua dichotomos arenacei coloris. *Small Sandy or Amber-coloured Wrack.* In litore Eſſexiano non procul Harvico collegit D. Newton, propè *Walton* vicum.

10. Fucus teretifolius ſpongioſus parvus. *Small round-leaved ſpongy Sea-wrack. On the Coaſt of* Cornwall.

11. Fucus parvus ſegmentis prælongis teretibus acutis. *Found on the Sea-ſhores by Mr.* Newton.

12. Fucus Kali geniculato ſimilis, non tamen geniculatus. *Small Wrack reſembling Glaſs-wort.* Hujus ramuli cum caule angulos rotundiuſculos efficiunt. Rupibus adnaſcitur ad *S. Ives* Cornubiæ oppidum.

13. Fucus telam lineam ſericeámve texturâ ſuâ æmulans. Alga marina platyceros poroſa *J. B.* Porus cervinus Imperati *C. B. Broad-leaved horned Wrack.* In litoribus paſſim. Nobis virentem ſeu recentem nondum videre contigit. Sicca colore eſt exalbido arenæ marinæ.

14. Fucus anguſtifolius veſiculis longis ſiliquarum æmulis *Hiſt. noſt.* p. 73. *Narrow-leaved Wrack with long pod-like bladders.* In litus ejectum circa Hollandiam Eſſexiæ vicum collegimus. Longitudo ei ſeſquicubitalis: veſiculæ crebris diaphragmatis interceptæ.

15. Fucus radicibus arborum fibroſis ſimilis. *Sea-wrack imitating the fibrous roots of Trees.* Longitudinis eſt palmaris aut ſemipedalis, *caulibus* craſſis, teretibus, ramulos hinc indè nullo ordine c eberrimos emittentibus, in alios ſubinde minores diviſos & ſubdiviſos donec ad capillares velut fibras ventum ſit. Summæ comæ ſeu ſurculi extremi ſæpius teretes, nonnunquam etiam plani & compreſſi, in quibus non rarò veſiculæ tumidæ concavæ, quales in aliis Algis cernuntur.

16. Fucus longo, anguſto, craſſóque folio *C. B.* marinus 2. Dodonæi *Park.* Quercus marina 2. *Ger. Sea Thongs.* Rotula latiuſcula caulem propè radicem velut axem ambiens hunc à congeneribus faciſè diſtinguit. In litoribus marinis non rarò invenitur.

N. Veſiculas in Fucorum foliis frequentes & conſpicuas vaſcula ſeminalia eſſe, ſemináque perfecta in ſe continere primus, quod ſciam, obſervavit eruditiſſimus Vir & Amicus noſter ſummus *D. Tanc. Robinſon.* Vid. Append. Hiſt. noſt. *p.* 1849.

Fuci plerique præcedentes foliis ſunt brevioribus, in plurima ſegmenta diviſis & ſubdiviſis, diviſione ſua dichotomian obſervantibus; folliculis etiam ſeu veſiculis donati; ſequentes foliis ſunt longiſſimis, non dichotomis, in quibus nullas hactenus veſiculas obſervavimus.

1. Fucus folio ſingulari, longiſſimo, lato, in medio rugoſo; qui balteiformis dici poteſt. *Sea-Belt.* In litore Eboracenſi

racensi necnon Cornubiensi invenimus. A Fuco longissimo latissimo crassóque folio *C. B. prod.* differt.

2. Fucus Scoticus latissimus edulis dulcis *Sibbald. Prod.* alatus seu phasganoides *C. B. Broad-leaved esculent Sea-wrack.* Ex Aberdonia ad Bauhinum transmisit Cargillus. Descriptionem vide in *C. B. prod.*

3. Fucus arboreus polyschides *C. B.* maximus polyschides *Park.* phasganoides & polyschides *Ger. emac. Sea-girdle and hangers.* In litus crebrò rejicitur. Vidimus etiam rupibus marinis aquâ pleno mari inundatis copiosissimè adnascentem circa Monam insulam & alibi.

4. Fucus chordam referens teres prælongus. An Fucus cavus *J. B? Sea-laces.* Fucus marinus rotundis tenuibus longissimísque oris *Cat. Ang.* In litore Angliæ Occidentali circa *Weymouth*, Portlandiam insulam & alibi *v. g.* in litore Eboracensi propè *Whitby*, saxis adnascentem observavi, ínque Cornubiâ copiosè æstu maris ejectum. Ligulæ teretes sunt, cavæ, diaphragmatis tamen crebris interceptæ, ulnam & dimid. longæ, utraque extremitate tenuiores.

5. Fucus marinus sive Alga marina graminea *Park.* Alga *Ger.* angustifolia vitrariorum *J. B. C. B. Grass-wrack.* In litoribus marinis ubique. Graminis potiùs cujusdam quàm Fuci species esse videtur.

6. Fucus spongiosus nodosus *Ger. emac. Sea-ragged-staff.* Propè *Margate* in insula *Thanet* Cantio adjacente invenit Tho. Johnsonus. Spongiæ potiùs quàm Fuci species esse videtur; verùm de re nobis nondum visa nihil temere pronunciare audemus.

Musci marini, Lichenes, & Fungis similes plantæ.

1. Muscus marinus rubens pennatus. *Red feathered Sea-moss. We found it cast on the shoar near* Barwick *plentifully.* Siquis ad Fucos referre malit, per me licet id faciat.

2. Muscus Coralloides marinus denticulatus major. *Toothed Coralline-moss, the greater.* Fuco phasganoidi adnatum observavi in mari Britannico.

3. Muscus marinus denticulatus minor, denticulis alternis. *The lesser toothed Sea-moss with the teeth alternately situate.*

4. Muſcus mar. dent. procumbens, caule tenuiſſimo, denticulis bijugis. *Small procumbent toothed Sea-moſs with teeth ſet by pairs one oppoſite to another.*

5. Muſcus marinus denticulatus denticulis bijugis unum latus ſpectantibus. *Small toothed Sea-moſs with teeth ſet by pairs, both looking one way. Theſe three laſt found on the Sea-ſhoars by Mr.* Newton.

6. Muſcus marinus Equiſetiformis non ramoſus. *Horſe-tail Sea-moſs.* Plurimi ab eadem radice exeunt ſcapi, ſetâ equinâ craſſiores, intus concavi, creberrimis geniculis, & ad ſingula breviſſimis ſetarum velut rudimentis, in ambitu quinis, obſiti. *Found on the Rocks by Mrs.* Ward *an ingenious Gentlewoman of* Gisburgh *in* Cleveland, Yorkſhire, *and by her named* Sea-beard; *I ſuppoſe from its growing in a thick tuft.* Mr. *Lawſon. The firſt knowledg I had of this was from Mr.* Newton, *as alſo of the three following.*

7. Muſcus pennatus ramulis & capillamentis falcatis. *Sickle-feather'd Sea-moſs.* Plantula eſt perelegans.

8. Muſcus marinus erectior ramulis in innumera & tenuiſſima capillamenta diviſis.

9. Muſcus mar. purpureus parvus, foliis oblongis Milleſolii ferè diviſurâ.

10. Muſcus mar. Corallinæ in modum articulatus, ex albo rubeſcens. *Jointed Coralline-moſs.* Longitudo ei vix palmaris, color marinæ æmulus in ſicca, in recenti ex viridi flavicans. In ramulos plurimos dividitur. Mollis eſt, non ut Corallina ſcrupoſa, ſapore falſo & (ut mihi videbatur) ſubacido. Penſantiæ Cornubiæ in litore inter alia maris rejectamenta obſervavi.

Alias adhuc Fuci & Muſci marini ſpecies in litoribus noſtris invenit, nobiſque oſtendit *D. Newton*, quarum quoniam non ſatis plenam & diſtinctam cognitionem habemus, malumus eas omittere, & Lectorem curioſum ad Hiſtoriam ejuſdem D. *Newton*, brevi edendam ablegare.

11. Lichen marinus *Ger.* Lactuca marina ſive Intybacea *J. B.* Fucus marinus Lactuca marina dictus *Park.* Muſcus marinus Lactucæ folio *C. B. Oyſter-green.* Petris, ſcopulis, ipsiſque teſtis adnaſcitur & Lichenis in modum ſe diffundit. Refrigerat & aſtringit.

12. Lichen marinus tubuloſus, in cellulas diviſus Hiſt. noſt. *p.* 77. In foſſis paluſtribus & fluviis quos mare ſingulis æſtuum acceſſibus influit propè Camalodunum in Eſſexia obſervavimus.

13. Fun-

13. Fungus auricularis Cæsalpini *J. B.* Fucus maritimus Gallo-pavonis pennas referens *C. B.* *The Turkeys feather.*

In rupibus marinis propè *Exmouth* Devoniæ oppidum copiosè nascentem observavit *D. Stephens.* Rectiùs Cæsalpino Fungus quàm C. Bauhino Fucus denominatur. C. Bauhino in pinace bis ponitur; 1. pro Fuci seu Algæ latifoliæ 9. specie. 2. pro Alcyonii 11.

1. Spongia ramosa *C. B.* ramosa Britannica *Park.* Confervæ marinæ genus *Lob.* *Branched Sponge. Found by* Lobel *on the Coast of* Portland *Island among the Sea-wrack. Of this kind Mr.* Newton *also shew'd me Specimens found by himself on the British shoars.*

2. Spongia ramosa fluviatilis. *Branched River Sponge.* In fluvio Hiera [*Yare*] prope Nordovicum urbem à *D. Newton* inventa est. Spongia inter muscum & fungum ambigit.

N. Fucus marinus per se ut est à mari advectus pro pinguissimo lætamine habetur, éstque in frequenti usu ad agros emaciatos reficiendos non apud Scotos tantùm sed & Narbonenses Gallos.

Alga spiralis *Bocconi.* *Twisted Wrack.* Saxis aquâ marinâ immersis adnascitur in litore Monensi & Arvoniensi. *D. Lloyd.*

Spongia ramosa fistulosa Veneta *Park.* Fucus marinus noster similis Medullæ panis *Antonii Donati.* *Branched fistulose Sponge.* Inter alia maris purgamenta ad pagum *Borth* in agro Cereticensi. *D. Lloyd.*

Cupressus marina Belgica *Clus.* Fucus Equiseti facie *Sibbald. Prod. Hist. nat. Scot.* Tab. 12. *Cypress-like Wrack.* Fucis adnascitur in maritimis Venedotiæ & Demetiæ. Nobis Musci denticulati marini species videtur. *D. Lloyd.* An Muscus, pennatus, ramulis & capillamentis falcatis Hist. nost. p. 79. *D. Lloyd.*

Fungis congener Acetabulum petræum seu Fungus minimus petræus orbiculatâ crustulâ compositus *D. Lloyd.*

Corallium minimum calcariis rupibus adnascens. In rupibus Arvoniæ, cùm in monte Snowdon propè *Lhan Deiys* tum præcipuè circa *Lhan Didno* Conovio non procul. *D. Lloyd.*

Fungi, *Mushromes or Toad-stools.*

Fungi nihil ferè habent commune cum plantis perfectioribus: nec enim color iis herbaceus, nec textura analoga, neque flos ullus seménve (quod hactenus certò constat,) aut folium propriè dictum. Brevissimo temporis spatio plerique oriuntur & brevis pariter ævi sunt. Exigua in eis partium distinctio. Dividi autem possunt in Arboreos & Terrestres: utrumque deinde genus in lamellatos & lamellis carentes, sive pileati sunt sive non.

1. *Fungi terrestres, lamellati.*

1. Fungus campestris albus supernè, infernè rubens *J. B.* esculentus 13. sive pileolo lato & rotundo livido *C. B.* esculentus 12. *Park. The most common esculent field Mushrome or Champignon.* In pascuis sterilioribus sub finem æstatis. Horum notæ sunt magnitudo insignis; pulpa interior candidissima, lamellæ rubentes, sapor & odor bonus; pediculus brevis & crassus.

2. Fungi albi venenati viscidi *J. B. The white poisonous Mushrome.* A præcedentibus differunt pediculis longioribus tenuioribusque, capitulis latioribus minúsque crassis & carnosis; odore viroso & ingrato.

3. Fungi longissimo pediculo candicantes, sed maculati, esculenti, *J. B.* Fungus pileolo lato, longissimo pediculo variegato *C. B.* Fungi esculenti 18 genus *Clus.* Fungus quercinus δηλαιοειδής, *Col.* Ex sententia *D. Lister*, quamvis C. Bauhinus in Pin. diversum facit, quem nos in Historia incautè secuti sumus; notis enim diligenter collatis cum *D. Lister* sentimus. *The tall navel Mushrome. Observed frequently in* England, *by the forenamed worthy Person; as in* Chesterton *Closes near* Cambridge, *and in the Wolds in* Lincolnshire; *who also experienced it in eating to be more savory than the Champignon.*

4. Fungus piperatus albus lacteo succo turgens *J. B.* Fungus 10. sive pileolo lato, orbiculari candicante *C. B.* item Fung. 27. sive albus acris *ejusdem. Found by Dr.* Lister *in* Marton *Woods under* Pinno-moor *in* Craven, Yorkshire *plentifully.* Hujus descriptionem & observationes de succo lacteo factas ab ingeniosissimo simul & eruditissimo Amico nostro prædicto *D. Lister* vide vel in Catalogo Plant. Angl. vel in Historia nostra.

5. Fun-

5. Fungus major, pediculo brevi craſſo, lamellis crebris albentibus. Colore eſt exteriùs vel rubente vel fulva, pulpa candidiſſima. *Great red Muſhrome with white gills.* Sub quercubus Auguſto menſe.

6. Fungus pediculo in bulbi formam excreſcente *C. B.* Fungus bulboſo pediculo, pallidus maculatus *J. B. Found among Fern in* Middleton-Park, Warwick-ſhire.

7. Fungus parvus, ex albido ſubluteus, pileolo hemiſphærico. Fungus parvus albus cum luteola parte in ſummitate capituli, viſco nitente reſplendens *J. B. Small yellowiſh Muſhrome with an hemiſpherical head.* Parvitate ſua, & lamellis crebris ſublividis, velut tot radiis rectà à pediculo ad circumferentiam extenſis, ut nulla ſit interior cavitas, ab aliis ſpeciebus diſtinguitur. In paſcuis è ſimo bubulo aut equino plerunque exit.

8. Fungus parvus galericulatus ſtriis lividis aut nigris. *The moſt common dangerous ſmall Muſhrome.* Fungi 7. ſeu buſonii primæ ſpeciei *Cluſ.* deſcriptio huic convenit. Cum præcedente convenit longitudine & tenuitate pediculi & pileoli parvitate, ab eodem differt colore exteriùs ſublivido, ſuperficie ſicca nec muco oblita, pileolo magis turbinato & interiùs concavo, ſtriis nigrioribus.

9. Fungus perpuſillus pileolo tenui utrinque ſtriato ſeu flabelli ferè in modum plicatili. In paſcuis Autumno reperitur.

10. Fungus parvus pediculo longo, firmo, lento, pileolo in medio faſtigiato, ſtriis exteriùs apparentibus. Septembri in paſcuis.

11. Fungus minor tenerrimus, farinâ reſperſus, pileolo ſupernè cinereo, lamellis ſubtus tenuiſſimis creberrimis nigris. Hic etiam in paſcuis Septembri & Octobri menſibus ſed rariùs occurrit.

12. Fungus minimus pediculo longo tenuiſſimo lacteſcens. In paſcuis inter gramina ſolitarius exit.

13. Fungi pratenſes minores, externè viſcidi, albi lutei vel rubentes. Auguſto & Septembri menſibus in paſcuis frequentes proveniunt, præſertim tempeſtate humida.

14. Fungi plures ex uno pede è Prunorum radicibus enati.

15. Fungus ſordidè fulvus, in acutum conum faſtigiatus. Horum deſcriptiones vide Hiſt. noſt. *p.* 99, 100.

16. Fungi minimi, plurimi ſimul naſcentes, turbinati, exteriùs cinerei aut ſubfulvi, ſtriis nigricantibus.

2. *Fungi terrestres lamellis carentes.*

1. Fungus porosus crassus. An F. porosus magnus crassus *J. B. Great porous Mushrome.* Augusto & Septembri mensibus invenitur. Ab aliis omnibus fungis facilè distinguitur substantia inferiore, non in lamellas divisa, sed crebris foraminulis pertusa, ejúsque colore è luteo virente. Color in hoc genere tum capitelli, tum pediculi interdum ruber est.

2. Fungus pæne candidus, prona parte erinaceus *J. B. Echinate Mushrome.* In sylva quadam propè *Middleton* vicum in agro Warwicensi.

3. Fungus favaginosus *Park.* rugosus vel cavernosus sive merulius *J. B.* esc. 1. seu porosus *C. B. Honey-comb-Mushrome-Mourilles.* In pratis & pascuis ínque dumetis verno tempore.

4. Fungus phalloides *J. B.* Phallus Hollandicus *Park.* Fun. virilis penis effigie *Ger.* fœtidus, penis imaginem referens *C. B.* Hujus descriptionem vide Hist. nost. *p.* 103.

Fungi hi latè sub terram radicibus ceu filis longissimis albis variè implexis repunt; radicibus hisce subinde accrescunt globuli Volvæ dicti. Middletoni agri Warwicensis in viridario D. *Francisci Willughbeii*, è fraxinorum quarundam dejectarum radicibus enatos observavimus plurimos.

5. Fungus ramosus flavus & albidus *J. B.* ramosus & Imperati *C. B. Branched or Coralline Mushrome.* In ericetis quibusdam observavit & ad nos attulit *D. Willughby.*

6. Fungus ramosus candidissimus ceranoides, seu digitatus minimus *D. Plot, Hist. nat. Stafford.* Ad hunc proximè accedit, si non prorsus idem sit, Fungus digitatus candidissimus à nobis observatus & descriptus Hist. *p.* 104. figuræ Fungi digitati *Park.* p. 1318. respondens. *White finger'd Cluster-Mushrome.* In pascuis Autumno.

7. Fungus ramosus niger compressus parvus apicibus albidis. An Fun. digitatus niger velut cornua exprimens *J. B.* cujus meminit *l.* 40. *c.* 40. *Black horned Wood-mushrome.* Ligno præsertim radicibus adnascitur; est autem durus & tenax, digiti longitudine, summa parte velut in cornua divisus.

8. Fungus ophioglossoides niger. *Black Adders-tongue-Mushrome.* In montosis pratis agri Westmorlandici.

9. Fungus parvus luteus ad ophioglossoiden nigrum accedens. *Yellow Adders-tongue-Mushrome.* In vivario Middletoniano *D. Fr. Willughby*, & alibi in pascuis copiosè.

10. Fun-

10. Fungus pulverulentus dictus Crepitus lupi *J. B.* Crepitus lupi sive Fungus ovatus *Park.* F. 3. seu orbicularis *Ger.* F. rotundus orbicularis, *i. e.* F. noxius 47. *C. B. Puff-balls, or dusty Mushrome, Bull-fists.* In pascuis ubique fere Autumno invenitur.

11. Fungus maximus rotundus pulverulentus dictus Germanis *Pfofist J. B. The larger dusty Mushrome.* Caput humanum magnitudine interdum æquat: ima ejus pars substantiâ constat cohærente sed rara, fungorum eorum instar quos excipiendis silice chalybéque excussis scintillis præparatos vendunt. In pinguioribus pascuis & ad simeta.

12. Fungi calyciformes seminiferi *Mentzel. pugil.* An Fungus minimus ἀνώνυμος *Clus?* minimus, ligneis tabellis areolarum hortorum adnascens *C. B. Seeding Cup-mushrome.* Observavit & ad me transmisit *D. Sloane*; ejusdem meminit *D. Merrett* in Pinace. Ab aliis omnibus nobis cognitis Fungis abundè distinguitur quòd semine prægnans sit. Descriptionem vide in Histor. nost. *p.* 105.

13. Fungus parvus denticulatus *Park. Small toothed Mushrome. I have observed in the pastures of* Warwickshire *a Mushrome springing out of dry Horse-dung or Cow-dung, which* Parkinsons *figure doth nearly resemble.*

14. Fungus luteus, *Chanterelle* dictus, se contorquens esculentus *J. B. The yellow sweet Mushrome.* In sylvis sub arboribus. Nobis observatus differt à Bauhiniano magnitudine majore, & colore flavo seu croceo.

15. Fungi Pezicæ Plinii *Col.* F. noxius V. seu acetabulorum modo cavus, radice carens *C. B. Cup-mushrome. This sprang out of the clefts of the ground in that dry year of the Sickness continued in* Cambridge 1666. *in the wood ridings at* Burwell *in* Lancashire. *Dr. Lister.*

16. Fungi Pezicæ altera species. Ad radices arborum dejectarum Middletoni agri Warwicensis in vivario ferarum *D. Franc. Willughby.* Similis erat membranæ crassæ aut corio crudo, fragilis tamen, saturo Aurantii mali colore. *This sprang from one point, and so dilating turned round almost like several cups or funnels, yet were not the edges joyn'd so as to hold water like that of* Columna. *This may easily be distinguished from all others of this kind, in that it is the onely Earth-mushrome, I yet know of, that imitates leaves without any stem, being all of one similar substance.*

17. Fungus pulverulentus cute membranacea, substantiâ intus

tus ſpongiosâ, pediculo brevi craſſiore, in oras ferè ducto D. Plot, Hiſt. nat. Staſſord. Cap. 6. §. 4. p. 200. *Obſerved by Mr.* Walter Aſhmore *of* Tamworth *near* Packington, *and* Alrewas Hays *near the deep Spring by* Fran. Wolferſton *Eſq*;

Fungi Arborei.

1. Fungus membranaceus auriculam referens ſeu Sambucinus *C. B.* Sambucinus ſeu Auricula Judæ *Ger. Park.* F. Auricula Judæ, ex cineraceo nigricans, perniciosus in Sambuci caudice naſcens *J. B. Jews-ear.*

2. Fungus intybaceus *J. B. Endive-Muſhrome.* Ad radices Quercuum. Memorabilis eſt magnitudinis, ex foliis totus aliis ſubeuntibus, aliis incumbentibus conſarcinatus *J. B.* apud quem reliquam deſcriptionem vide.

3. Fungi arborei ad ellychnia *J. B.* Fungus durus ſive igniarius *Park.* noxius 3. ſeu in caudicibus naſcens unguis equini figurà *C. B. Touchwood.* Fungos hoſce in lixivio decoquunt, & ſiccatos tundunt, rurſúſque nitro coquunt ut igni concipiendo aptiores reddantur. *Trag.* Fraxino aliiſque arboribus adnaſcitur.

4. Fungus arborum & lignorum putreſcentium coloris varii. Fun. Ceraſorum imbricatim alter alteri innatus variegatus *C. B.* holoſericeus iridiformis q. colorum alternatione variegatus *Cat. Altd. Party-coloured Tree-Muſhrome.* Infernè foraminulentus eſt, non lamellatus, colore albicante. Non Ceraſo tantùm ſed & aliis paſſim arboribus adnaſcitur.

5. Fungus fraxineus niger, durus, orbiculatus. *The black Aſh-Muſhrome.* Fraxinis marceſcentibus & tabidis accreſcit, & quidem ſolis, quod hactenus obſervavimus. V. deſcript. Hiſt. noſt. *p.* 109.

6. Fungus Quercinus niger. *Black Oak-muſhrome.* Caudicibus & ramis Quercuum dejectarum innaſcitur.

7. Fungus ſpongioſus niger reticulatus doliolis vinoſis adnaſcens. (*Obſerv'd by Mr.* Doody;) *'Tis ſo like Spunk that at firſt ſight, it is ſcarce to be diſtinguiſhed from it.*

8. Fungus niveus aqueus lignis cellariorum adhærens. *Obſerv'd by Dr.* Tancred Robinſon *in Mr.* Sory's *Cellar at* York, *where he ſays, they hang down from the Beams and Timber only, like great flakes of ſnow, or fleeces of the whiteſt wool; upon diſſolving and drying them by heat, they leave a ſubſtance like touchwood, which crackles in the fire; firſt running or melting into a tough membranaceous ſubſtance of a fungoſe ſmell.*

Muſci

Musci steriles sive semine vidui, terrestres.

1. Muscus Filicinus *J. B. Ger. Park.* Filicinus major *C. B. Fern-moss.* In sylvis umbrosis.

2. Muscus denticulatus minor *C. B. Park. Ger.* terrestris Lusitanicus *J. B. The lesser dented Moss.* Somerseti Angliæ sterilibus montibus [*Mendip* vernacule] ubi plumbum effoditur, nonnunquam magnâ glisciit copiâ, referente Lobelio. Nos Clusio descriptum nondum vidimus in Anglia sponte provenientem, verùm speciem quandam longè minorem in ericetis, muscis aliis adnascentem.

3. Muscus corniculatus *J. B. Park.* An Muscus coralloides incanus *C. B?* Quem observavimus tubulosus erat, ejúsque summi ramuli in acutas spinulas plerunque terminabantur. *Horned Moss.*

4. Muscus coralloides apicibus coccineis. *Scarlet headed Moss.* An Muscus terrestris coralloides erectus cornibus rufescentibus *Park?* Ad radices arborum dejectarum putrescentes.

5. Muscus multiformiter pyxidatus apicibus coccineis D. Plot, Histor. natural. agr. Stafford. *In* Canock *Wood, about* Wildmore *Hollies, Fair Oak and* Wolsely Park, *observ'd by* Edward Byrch *Esquire.*

6. Muscus tubulosus ramosissimus fruticuli specie. Muscus coralloides seu Corallina montana *Ger. emac.* Corallinus montanus *Park.* Coralloides seu cornutus montanus *C. B. Branched Coralline Moss.*

7. Muscus pyxidatus *J. B. Park. Ger.* pyxioides terrestris *C. B. Cup, or Chalice-moss.* In aridioribus è corio terreo saxis instrato oritur.

Musci Arborei.

1. Muscus arboreus villosus *J. B.* arboreus, Usnea Officinarum *C. B.* arboreus vulgaris & quercinus *Park.* quernus *Ger. Common hairy Tree-moss.* In Anglia rarior est necdum mihi conspectus.

2. Muscus arboreus ramosus *J. B.* Foglio diramato *Imper.* Muscus alter quernus latifolius, coralloides ἀφυλλος *Col.* arboreus coralloides *C. B. Flat branched Tree-moss.* Algæ vulgari similis est: Principium latius, in ramos divisum latos pariter ac planos, colore candicante superiùs, nam inferiùs non-

nonnihil admixtum habere videtur flavedinis velut flos lactis. Non rarò etiam orbiculos habet. Variat latitudine & anguſtiâ ſegmentorum, & in omnibus fere arboribus & lignis aridis reperitur.

3. Muſcus arboreus peltatus & ſcutellaris *J. B.* arboreus cum orbiculis *C.B.* quercinus fœniculaceus *Park.* ramoſus floridus *Ger. Tree-moſs with rundles.* Cum priore.

4. Muſcus arboreus nodoſus *C. B.* nodoſus ſive geniculatus *Park.* D. endrobryon geniculatum ſeu nodoſum *Col. Knotted or kneed Tree-moſs.* In Lancaſtria propè *Burnley* pagum, è Corylo dependentem invenit & ad nos attulit *Tho. Williſell.*

5. Muſcus arboreus pulmonarius *C.B.* pulmonarius ſeu Lichen arborum *Park.* Lichen arborum *Ger.* Lichen arboreus ſeu Pulmonaria arborea *J. B. Tree Lungwort.* Arboribus, præſertim Quercui, adnaſcitur: invenimus etiam in magnis lapidum acervis.

Muſci arborei aut petræi cruſtacei ſeu licheniformes.

1. Muſcus cruſtæ aut lichenis modo arboribus petriſve adnaſcens cinereus.

2. Muſcus cruſtæ modo, &c. adnaſcens flavus.

3. Muſcus cruſtæ modo, &c. pullus.

4. Muſcus cruſtæ modo arboribus aut ſaxis adnaſcens cinereus argutioribus ſegmentis. Mollior eſt prima ſpecie & in anguſtiores lacinias diviſus.

5. Muſcus arboreus ſupinus marginibus piloſis. Hoc genus orbiculos ſeu ſcyphulos habet. In Malo, Fraxino, Juglande, &c.

6. Muſcus tinctorius cruſtæ modo petris adnaſcens. Lichen petræus purpureus Derbienſis. *Cork or Arcell.* Wallis *Kenkerig.* V. Hiſt. noſt. *p.* 116.

Uſus hujus vulgo ad tingendos pannos purpureo colore.

Lichenes terreſtres ſteriles.

1. Lichen terreſtris cinereus. *Aſh-coloured ground-Liverwort.* In paſcuis ficcioribus frequentiſſimus habetur, unde à Botanicis præteritum miror. Muſco terreſtri & gramini irrepit.

2. Lichen

2. Lichen terreſtris foliis anguſtioribus vireſcens. In humidis & uliginoſis in ſtagnorum exſiccatorum fundis.

Muſcus aquaticus Conferva dictus.

1. Conferva Plinii *Ger. emac.* Alga viridis capillaceo folio *C. B.* aquatilis capillacea ſive Conferva Plinii, aliis Linum aquaticum *Park.* *Hairy River-weed, Crow-ſilk.*

2. Alga fontalis trichodes *C. B.* Alga ſeu Conferva Fontalis trichodes *Park.* Trichomanes aquaticum Dalechampii *J. B.* *Water Maiden-hair. In the Ciſtern at* Leeds *Abby in* Kent, *belonging to Sir* William Meredith; & alibi in tubulis aquam fontanam deducentibus.

3. Conferva paluſtris Anglica ſeu Filum marinum Anglicum. *Marſh-thread.* In foſſis paluſtribus circa Camalodunum & alibi.

4. Conferva reticulata Hiſt. noſt. App. *p.* 1852. In foſſis propè Weſtmonaſterium & rivulis in ericeto Hounſleiano collegit *D. Doody.*

Muſcis affinis Lenticula.

1. Lens paluſtris *Ger. J. B.* Paluſtris ſeu aquatica vulgaris *Park.* paluſtris vulgaris *C. B.* *Ducks-meat.* Aquarum ſtagnantium ſuperficiei innatat, & perſæpe eas totas operit. Notiſſima eſt plantula, nec deſcriptione indiget.

2. Lenticula aquatica triſulca *C. B.* *J. B.* Hederula aquatica *Ger.* Ranunculus hederaceus aquaticus *Park.* *Ivy-leaved Ducks-meat.* In aquis cœnoſis, quibus utplurimum immergitur.

D. Sybbaldus in Prodrom. Hiſtor. Natural. Scot. alias ſpecies ſeu varietates Muſcorum recenſet, *viz.* Muſcum minimum tenuiſſimumq; Aſplenii facie. Muſcum foliis Lini Cathartici. *Both found by him upon the dikes of the incloſure of the* Kippis.

GENUS

GENUS SECUNDUM.

Herbæ ſemine minutiſſimo & nudis oculis inconſpicuo, flore vel nullo vel imperfecto.

Hæ vel ſunt cauliferæ, vel ἄγκυλοι ſeu caule carentes.

Cauliferæ.

1. MUSCUS clavatus ſive Lycopodium *Ger. Park.* terreſtris repens à Trago pictus *J. B.* terreſtris repens ſive clavatus *C. B.* Plicaria & Cingularia Polonis. *Club-moſs or Wolfs claw.* In ericeto Hampſtedienſi prope Londinum ſinque montibus Wallicis, Derbienſibus, Staffordienſibus, Eboracenſibus, aliiſq; Septentrionalibus necnon Scoticis copioſé.

Muſcum clavatum appellamus qui præter cauliculos folioſos humi ſtratos & repentes, pediculos emittit nudos in cacumine clavatos, geminis ſeu pluribus clavis Iulos imitantibus, oblongis, teretibus, pulviſculo tenuiſſimo flavicante refertis.

Lycopodium elatius Juniperinum clavis ſingularibus ſine pediculis nondum deſcriptum. *Above* Llin y *Cwn* è Catalogo plantar. rarior. Cambro-britannic. à *D. Tancredo Robinſon M. D.* ad me tranſmiſſo.

Pulvis clavarum florentium menſe Auguſto collectus & fornace probè exſiccatus vi fulminante gaudet, qui à Moſcovitis & Perſis ignibus artificialibus ſub nomine *Plauen* inſtar pulv. pyrii adhibetur: recens majus concipit incendium quàm dudum collectus. Prunis injectus non tonat, ſed flammæ tantùm, puta candelæ, immiſſus aut inflatus. Si folia Betulæ ſimul miſceantur, majorem ſtrepitum edit. Commendatur in Epilepſia præcipue infantium, ſinque cardialgia eorundem & torminibus ventris flatulentis. Laudatur & in iſchuria. Vid. *Ephem. German. An.* 1. *Obſ.* 97.

Poloni & maximè Rutheni ac Lituani ob conſuetum & jam quotidianum hujus plantæ uſum in extirpanda plica morbo ſibi familiari *Plicariam* & *Cingulariam* eam nominare ſolent. Varios utendi modos vide in Ephem. German. Ann. 2. Obſerv. 52. vel inde excerptos in Hiſt. noſt. *p.* 120. ſinque *Cat. Ang.*

2. Muſ-

2. Muſcus clavatus foliis Cupreſſi *C. B. Ger. emac.* clavatus cupreſſiformis *Park.* terreſtris ramoſus pulcher *J. B.* Sabina ſylveſtris *Trag.* Selaginis Plinianæ prima ſpecies *Thal. Cypreſs-moſs or Heath-Cypreſs. On the Mountains of* Snowdon *and* Caderidris *in* Wales, Ingleborough *in* Yorkſhire, Anderkin *in* Scotland, *&c. plentifully.*

Hæc ſpecies odorem interdum exhibet moſcho æmulum, quem ſiccata etiam conſervat. [Nos talem odorem in hac planta nunquam ſenſimus] Ex muſco hoc moſchato colliguntur antheræ, quæ tenuiſſimæ & leviſſimæ ſunt ſubſtantiæ, coloris aureo-ſulphurei, inflammabiles ad ignem candelæ, ut flores Lycopodii *Dod.* & per ſe quoque: in calculo, Epilepſia & pulmonum affectibus cum Butyro Maiali utiliter manè ſumuntur. Antheræ hæ ſi cum ſpiritu vini tartariſato aliquandiu macerentur, & poſtea deſtillentur oleum præbent rubicundiſſimum & odoratiſſimum, quæ omnium ſulphurum vegetabilium apex dici meretur. V. *Ephem. Germ.* An. 1. Obſerv. 97. *Veriſimile nobis videtur pulverem Antherarum quarumcunque plantarum iiſdem propemodum facultatibus pollere.*

3. Muſcus terreſtris repens, clavis ſingularibus folioſis erectis. *Creeping Club-moſs with erect heads. On* Hampſted *and* Bagſhot *Heaths, and on the Northern Mountains*; locis uliginoſis. Deſcriptionem hujus vide in Hiſt. noſt. *p.* 121. Lycopodio dicto multò minor eſt.

4. Muſcus erectus abietiformis, terreſtris rectus *J. B.* erectus ramoſus ſaturatè viridis *C. B.* Selago 3. *Trag. Upright Firr-moſs. On* Snowdon, Caderidris *and the other high Mountains in* Wales, *as alſo the Mountains of the* Peak *in* Derbyſhire, Ingleborough *in* Yorkſhire, *&c.*

Hujus elegans habetur icon *Ephem. Germ.* An. 4 & 5. ad Obſervat. 149.

5. Muſcus terreſtris erectus minor polyſpermos. *Seeding Mountain-moſs.* Loca montium humida & ſcaturigines aquarum ſectatur, *Snowdon, Ingleborough*, &c.

6. Muſcus terreſtris latioribus foliis major ſeu vulgaris. Muſcus terreſtris & hortenſis *J. B. Common Earth-moſs the greater.* In hoc genere capitula ſeminifera nondum obſervavimus; ſed ob ſimilitudinem cum minore eadem obtinere exiſtimamus.

7. Muſcus aquaticus terreſtri vulgari ſimilis ſed major. An Fontalis minor lucens *J. B. Water-moſs.* Aquis innatat,

 eſtque

éſtque præcedenti ſimilis ſed multò major, foliolis triangulis lucidis, minùs ramoſus. *I have obſerved it in many Rivers and other running and alſo ſtanding waters.* Capitula in hoc nondum obſervavi.

8. Muſcus terreſtris vulgaris minor Adianti aurei capitulis. *The leſſer common Earth-moſs with heads like Goldilocks.* In paſcuis ſterilioribus, ínque ſylvis ad arborum præcipuè & fruticum radices. Capitula ex alis foliorum ad latera caulium exeunt, non ex ſummis caulibus ut in Adianto.

9. Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis, terreſtris vulgaris *Dod.* terreſtris vulgatiſſimus *C. B. Park.* perperam. *Boggy Earth-moſs.* Nuſquam quàm in udis & paludoſis hanc ſpeciem obſervavi. Albicat plurimùm, & capitula brevibus pediculis inſident. Denſis ceſpitibus plerunque oritur. C. Bauhinus & Parkinſonus hanc cum vulgari Muſco terreſtri videntur confundere Dodonæum ſequuti.

10. Muſcus terreſtris foliis retro reflexis *J. B.* Lycopodii alia ſpecies *Hiſt. noſt.* p. 120. Ramulorum diviſionem & naſcendi modum Lycopodio vulgari debet, ſolia Muſco Abietiformi, clavas deniqueSabinæ ſylveſtri Tragi. Hinc nobis prima facie nondum deſcriptum ſuſpicantibus Lycopodium elatius Abietiforme julo ſingulari apode dictus eſt. *Club-moſs with reflected leaves, and ſingle heads without footſtalks.* Naſcitur unà cum Muſco cupreſſiformi in Alpibus Arvoniæ, ſed multò rariùs: copioſum obſervavimus in monte *Rhuvr Glyder*, ſupra lacum Llyn y cwn prope Eccleſiam S. Periſii, nec rariùs in depreſſis ejuſdem montis *y Glyder*, quà rupem *y Tryvan* ſpectat. *D. Lloyd.*

11. Muſcus terreſtri vulgari ſimilis lanuginoſus. *Hairy Earth-moſs.* Vitium graminis in montoſis Cambriæ. In Alpibus Venedotiæ nimis frequens. *D. Lloyd.*

12. Muſcus Trichomanoides purpureus, Alpinis rivulis innaſcens. *Purple mountain Water-moſs reſembling Trichomanes.* *D. Lloyd.* In rivulis montanis Cambriæ.

13. Muſcus croceus ſaxigena holoſericum referens ſeu Byſſus petræus. An Muſcus ſaxatilis ſerico ſimilis *Commelini* in *Cat. Plant. Hollandiæ* *Saffron-coloured ſilken Stone-moſs.* Camerarii Arvoniæ rupibus adnaſcitur. *D. Lloyd.*

14. Corallina montana fruticoſior. *Shrubby Coralline-moſs.* Ad ſummitatem montis *Carnedh Lhewelyn* copioſé. *D. Lloyd.*

15. Muſcus

15. Muſcus corniculatus *Tabern. Horned Moſs.* Hunc nuſquam me vidiſſe memini quàm ad cacumen montis *Carnedh Lhewelyn* propè *Lhan Lhechyd* in agro Arvonienſi. *D. Lloyd.*

§. 1. Adiantum aureum majus *Ger.* Polytrichum aur. majus *C. B. Park.* Polytrichum Apuleii & majus quibuſdam *J. B. Great golden Maidenhair or Goldilocks.* J. Bauhinus duas ſpecies diſtinguit. In paludoſis ſpongioſo & putrido ſolo, præſertim in montoſis Derbienſibus, Eboracenſibus, Weſtmorlandicis copioſiſſimè provenit.

J. Bauhinus Muſcum ſcoparium muſcidorum & udorum Belgii & Friſiæ Orientalis *Lob.* ab hoc ſeparat; minùs rectè ut nobis videtur. Ex hoc ſci. ſcopas veſtium Belgicas parari ipſe ſibi perſuadet, quid ergo obſtat quò minus Muſcus ſcoparius, *&c.* Lobelii ſit.

2. Adiantum ſeu Polytrichum aureum medium. *The middle golden Maidenhair, or Goldilocks.* In ſylvis. Cauliculi in hac ſpecie interdum altiùs aſſurgunt & foliis veſtiuntur latiuſculis oblongis, membranaceis & ferè pellucidis ad margines undulatis & veluti criſpis; ut vix crederes ejuſdem plantulæ eſſe cum imis.

3. Polytrichum aureum minus *C. B. Park.* Apuleii minus quorundam *J. B.* Muſcus capillaris ſeu Adiantum aureum minus *Ger. The leaſt golden Maidenhair, or Goldilocks.* In muris, aggeribus antiquis, necnon in ædium tectis ac tegulis ubique.

4. Muſcus paluſtris Adianto aureo affinis, ſcapis tenuibus, foliolis breviſſimis, *Gray Marſh moſs with ſlender ſtalks and ſhort leaves.* In locis paluſtribus, præſertim ubi aquæ ſcaturiunt. Deſcriptionem vide Hiſt. noſt. *p.* 124.

5. Muſcus Trichomanis facie, foliis utrinque rotundis ſplendentibus Jungermanni *Cat. Altdorf.* Adiantum aureum humilius foliis latis ſubrotundis *Cat. Ang. Dwarf broad-leaved golden Maidenhair.* Deſcriptionem vide in Cat. Ang. aut *Hiſtor. noſt.* p. 124. Ad fontium ſcaturigines in montoſis Septentrionalibus, ut v.g. *in the Spring-head on Sheat-bank on that ſide the Mountain that looks down upon* Skipton, *obſerved by Dr.* Liſter.

§. Lichen herbula eſt ex meris foliis in terræ ſuperficie radiculis demiſſis ſe diffundentibus conſtans: è foliis autem oriuntur pediculi capitula ſuſtinentes.

1. Lichen ſeu Hepatica vulgaris *Park.* Lichen ſeu Hepatica fontana *J. B.* Lichen petræus latifolius ſeu Hepatica fontana *C. B.* Hepatica terreſtris *Ger. Liverwort.* In humidis umbroſis ad rivulorum ripas. Hujus pediculi cum capitulis Fungos repræſentant, folia autem punctata ſunt.

2. Lichen petræus umbellatus *C. B.* Lichen ſeu Hepatica minor umbellata *Park.* Hepatica umbellata *Ger. Round-headed Liverwort. On* Teverſham-moor *in* Cambridg-ſhire, *and elſewhere.*

3. Lichen petræus ſtellatus *C. B.* Lichen ſeu Hepatica minor ſtellaris *Park.* Hepatica ſtellata *Ger. Star-headed ground Liverwort.* In uliginoſis & umbroſis areis & ambulacris hortorum glareoſis aut ſaxoſis.

4. Lichen petræus cauliculo calceato *C. B.* alter minor caule calceato *Col. Small Liverwort with crumpled leaves.*

5. Lichen ſeu Hepatica lunulata ὀπτυλλόκαρπος *D. Dale. Found on moiſt and ſhady banks in* Eſſex, *and doubtleſs to be found in the like places elſewhere.* V. deſcriptionem Hiſt. noſt. *p.* 125. Vere primo floret, æſtate lunulæ evaneſcunt.

6. Lichen minimus foliolis laciniatis. In umbroſis humidis ad rivulos & fluenta. Deſcribitur Hiſt. noſt. *p.* 126.

§. Equiſetum folia habet ſetis ſimilia rotatim circa caules ad genicula naſcentia: tum caulis tum folia pyxidatim articulantur.

1. Equiſetum majus *Ger.* majus paluſtre *Park.* majus aquaticum *J. B.* paluſtre longioribus foliis *C. B. Great Marſh or Water Horſe-tail.* In paluſtribus & aquoſis paſſim provenit. Scaporum non ramoſorum magnitudine altitudinéque, necnon prælongis & numeroſis circa articulos ſetis ab aliis ſpeciebus differt.

2. Equiſetum arvenſe longioribus ſetis *C. B. Park.* ſegetale *Ger.* minus terreſtre *J. B. Corn-Horſe-tail.* Inter ſegetes ſolo humidiore crebro invenitur. Nulla in hujus foliis nobis tractantibus aſperitas ſentitur. Folia è geniculis interdum folia ſeu ſetas ſecundarias emittunt.

3. Equiſetum ſylvaticum *Tab. Ger.* ſylvaticum tenuiſſimis ſetis *C. B.* omnium minimum tenuifolium *Park. Lob. illuſtr.*

Equiſetum

Equiſetum ſeu Hippuris tenuiſſima non aſpera *J. B. Wood-Horſetail.* Setas habet omnium tenuiſſimas & maximè ramoſas, quibus notis ut & lævore ſuo à reliquis ſuæ ſortis facilè diſtinguitur. In locis humidis ſylvarum & umbroſis ad rivulos, inque paludoſis oritur, non tamen adeò frequens.

4. Equiſetum paluſtre *Lob. Ger.* paluſtre minus *Park.* paluſtre brevioribus ſetis *C. B. The leſſer Marſh Horſetail.* In paluſtribus ſolo putrido & ſpongioſo. Ab Equiſeto ſegetali differt capitulis ſeu julis floriferis ſummos caules terminantibus, quæ in illo ſeorſim veluti Aſparagi quidem vere exeunt antequam caules folioſi oriuntur.

5. Equiſetum paluſtre brevioribus foliis polyſpermon *C. B.* paluſtre alterum brevioribus ſetis *Park.* Cauda equina fœmina *Ger.* Equiſeti facie Polygonum fœmina *J. B. Female Horſetail.* A reliquis Equiſetis differt foliis brevibus planis, non teretibus ſtriatis, ſeminibus ad articulos ſitis; ut reverà diverſum ab iis genus ſit. In lacubus & ſtagnis, & ad fluviorum ripas in aquis aut limo oritur ſed rarius.

6. Equiſetum nudum *Ger.* junceum ſeu nudum *Park.* foliis nudum non ramoſum ſeu junceum *C. B. Naked Horſetail.* In paluſtribus & aquoſis. Aſperior eſt reliquis pallidiórque & perpetuò etiam viret. Hæc præcipuè ſpecies eſt cujus junceis virgis materiarii fabri multorum minutorum operum veluti pectinum & manubriorum ſcabritiem in lævorem & nitorem expoliunt, unde Anglis non minùs quàm Germanis *Shave-graſs* dicitur.

7. Equiſetum fœtidum ſub aqua repens *J. B. C. B. Ger. Park. Stinking Water Horſetail.* In aquis cœnoſis frequens. Incana eſt & fragilis aqua extracta.

8. Equiſetum ſeu Hippuris coralloides *Ger.emac.* An Hippuris lacuſtris quædam foliis manſu arenoſis *Geſn. Coralline-Horſetail. On a bog by Smochall a Wood nigh* Bath, *near* Chiſſelhurſt *in* Kent, *and alſo at* Evenſham Ferry *three miles from* Oxford. Valdè fragilis eſt & ſub dentibus ſcrupoſa Corallinæ inſtar.

§. Ophioglofſum *J. B. Ger.* Ophiog. ſeu Lingua ſerpentina *Park.* Ophiogl. I. ſeu vulgatum *C. B. Adders-tongue.* In pratis & paſcuis humidis. Planta eſt ſingularis & ſui generis, unifolia, ſpica linguam ſerpentinam imitante è medio folio egreſſa.

§. Lunaria minor *Ger. Park.* botrytis *J. B.* racemosa minor vel vulgaris *C. B. Moonwort.* In montibus Eboracensibus prope *Settle* oppidum copiosissimè provenit, alibi etiam in montosis non raro. *It is found also in cold Pastures and old gravel-pits.*

Nota hujus sunt folium singulare pinnatum, adnatum cauliculo racemulis flosculorum & seminum onusto.

Ex Lunaria Walli unguentum conficiunt, quod regioni renum illitum habetur inter certissima dysenteriæ remedia, *D. Needham.*

Lunariam min. ramosam, & Lunariam min fol. dissectis Westmorland. D. Lawson varietates esse non species distinctas opinatur.

Herbæ semine minutissimo, caule carentes Epiphyllospermæ.

Foliis integris & indivisis:

§. Phyllitis *Ger.* Phyl. seu Lingua cervina vulgò *J. B.* Phyl. seu Lingua cervina vulgaris *Park.* Phyl. I. Lingua cervina Officinarum *C. B. Harts tongue.* In umbrosis saxosis & uliginosis præsertim montanis inque puteis & muris antiquis in plerisque Angliæ Comitatibus.

Hujus varietates sunt 1. Phyllitis multifida *Ger.* polyschides *J. B. Jagged or finger'd Harts tongue.* 2. Phyl. polyschides laciniis singulis cruciatim decussatis, in sylvis à Jacobo Bobarto reperta. 3. Phyl. minima Anglica Bobarti *Herman. Cat. Leyd.*

Foliis laciniatis aut pinnatis:

§. 1. Polypodium *J. B. Ger.* vulgare *C. B. Park. Polypody.* In muris antiquis & ædium tectis, inque aggeribus terrenis umbrosis ad radices aut truncos arborum. Quercinum reliquis in medicina præfertur.

2. Polypodium Cambrobritannicum pinnulis ad margines laciniatis. *Laciniated Polypody of* Wales. *On a Rock in a Wood near* Dennys Powis *Castle, not far from* Caerdiff *in* Glamorganshire Wales. Ad nos sæpius missum est pro planta Indica, & nonnullis Polypodium plumosum nescio quam ob causam dictum est.

§. Lonchitis

§. Lonchitis aſpera *Ger.* aſpera minor *C. B. Park.* altera folio Polypodii *J. B. Rough Spleenwort.* In humidioribus nemoroſis aſperis & ericetis. Anguſtia & longitudine foliorum, ut & loco natali à Polypodio differt. Adde & duo huic eſſe foliorum genera.

§. Aſplenium ſive Ceterach *J. B. Ger. Park.* Aſplenium ſive Scolopendria, Ceterach Officinarum *C. B. Spleenwort or Miltwaſt.* In ſaxorum crepidinibus & antiquis muris in Occidentalibus Angliæ partibus abundat; *as on the Walls about* Briſtol, *and among the ſtones on* S. Vincent's *Rock.*

Aſplenium dicitur quia lienem abſumere creditur, Scolopendria à ſimilitudine Scolopendræ inſecti. Parvitate ſuâ & foliorum laciniis, quæ breves ſunt & obtuſæ, non conjugatim ſed alternatim diſpoſitæ à congeneribus differt. Seminales efflorescentiæ in averſa foliorum parte non in punctula ſeu lineolas diviſæ ſunt, ſed continuæ.

§. Chamæfilix marina Anglica *J. B.* Filix marina Anglica *Park.* Filicula petræa fœmina ſeu Chamæfilix marina Anglica *Ger. emac.* Filicula petræa ex inſulis Stœchadibus *C. B. Dwarf Sea-fern, on the Rocks about* Preſtholm *Iſland near* Beaumaris, *and at* Llandwyn *in the Iſle of* Angleſey; *about the Caſtle of* Haſtings *in* Suſſex, *and elſewhere on the Rocks of the Southern Coaſt.* Folia pinnata ſunt conſiſtentia foliorum Dryopteridis.

§. Trichomanes *Park.* mas *Ger.* Trich. ſeu Polytrichum *J. B.* Trich. ſive Polytrichum Officinarum *C. B. Engliſh black Maidenhair.* In petris umbroſis & roſcidis, inque aggeribus umbroſis & muris antiquis magnus ejus per totam Angliam eſt proventus.

Parvitate ſua & foliis Viciæ aut Securidacæ æmulis à reliquis diſtinguitur.

Duas Trichomanis varietates in Scotiâ obſervavit *D. Sibbald:* unam foliis mucronatis, profundè incilis; alteram fol. crenatis.

§. Adiantum petræum perpuſillum Anglicum foliis bifidis vel trifidis. *This was firſt ſhewn me by Mr.* Newton, *who in company with Mr.* Lawſon *found it on Buzzard rough*

crag near Wrenose, Westmorland, *among the Moss.* D. Plukenet duas hujus species facit, illam quæ describitur Hist. nost. *p.* 141. ab altera quæ in Append. *p.* 1853. distinguens. Posteriorem hanc in rupibus prope *Tunbridge* invenit *D. Dare.*

§. Filix saxatilis Tragi *J. B. Park.* Adiantum ἀκέδασον seu furcatum *Thal.* Filix saxat. V. seu corniculata *C. B. Horned or forked Maidenhair. Observed by* Tho. Willisel *upon the Rocks in* Edinburgh *Park.*

Herbæ Capillares foliis semel subdivisis.

§. 1. Filix mas vulgaris *Park.* Fil. non ramosa dentata *C. B.* vulgò mas dicta seu non ramosa *J. B.* mas non ramosa, pinnulis latis densis minutim dentatis *Ger. emac. Common male Fern.* In aggeribus sepium, præsertim umbrosis passim.

2. Filix mas non ramosa pinnulis latis auriculatis spinosis *Ger. emac.* An fil. mas aculeata major *C. B. prod. Prickly auriculate male Fern.* In umbrosis sepium aggeribus præsertim humidis & petrosis per totam Angliam frequens. Variat cum & sine auriculis.

3. Filix mas non ramosa pinnulis angustis raris profundè dentatis *Ger. emac.* mollis seu glabra, vulgari mari non ramosæ accedens *J. B. Male Fern, with thin-set deeply-indented leaves.* In palustribus humidis & umbrosis non rarò invenitur.

4. Filix minor non ramosa *J. B.* Dryopteris *Ad. Lob. Ger. emac.* Filix minor palustris repens *nobis. Creeping Water-fern, or the lesser Marsh Fern.* Locis palustribus putridis pluries observavimus.

5. Filix pumila saxatilis altera Clusii *Park.* saxatilis non ramosa nigris maculis punctata *C. B. Male Stone-fern.* In montibus saxosis Derbiensibus, Eboracensibus, Westmorlandicis copiosè. A præcedente loco natali & magnitudine præcipue differt: neutrius pinnulæ dentatæ sunt.

§. Adiantum album *Tab.* Ruta muraria *C. B. J. B. Ger.* muraria seu Salvia vitæ *Park. White Maidenhair, Wall-rue, Tentwort.* In muris & pontibus lapideis ínque petrarum fissuris multis Angliæ in locis invenitur.

2. Adianthum

2. Adianthum album crispum Alpinum *Schwenckf.* In montibus Pictlandicis Scotiæ invenit D. Sutherlandus.

§. * Adiantum majus Coriandri folio, Adianto vero affine, pediculo pallidè rubente. In *Sibbald. Prod. Scot.* In Scotia.

§. * Adianto vero affinis minor Scotica folio obtuso saturatè viridi, &c. *Sibbald. prod. Scot.* ibidem.

Herbæ Capillares foliis bis subdivisis seu ramosis.

§. 1. Filix fœmina *Ger.* fœm. vulgaris *Park.* major & prior Trago seu ramosa repens *J. B.* ramosa major pinnulis obtusis non dentatis *C. B.* *Female Fern or common Brakes.* In pascuis sterilioribus ubique ferè luxuriat, agricolis maximè exosa. Notæ hujus magnitudo insignis, radix repens.

Aremorici in frugum inopia è radice Filicis panem conficiunt. *Dalechamp.*

Ex hujus exustæ cineribus globulos lixiviales ad pannos eluendos parant nostrates.

2. Filix mas ramosa pinnulis dentatis *Ger. emac.* *Great branched Fern with indented leaves.* In umbrosis, sabulosis præsertim aut petræis ubi aquæ scaturiunt, inque paludosis ad stipites Quercuum putridorum.

3. Filix ramosa non dentata florida *C. B.* florida seu Osmunda regalis *Ger.* Osmunda regalis. seu Filix florida *Park.* Filix floribus insignis *J. B.* *Water-Fern or flowering Fern, or Osmund royal.* Nascitur locis riguis & palustribus putridis, in humidis etiam sylvis, sed præcipuè in montosis Septentrionalibus & Cambricis. In insula Mona, in clivis maritimis & rupium interveniis udis copiosam observavimus.

4. Filicula saxatilis ramosa maritima nostras. *Small branched Stone-fern.* Ad litus Angliæ occidentale rupibus maritimis adnascentem observavimus. *It hath been found on some walls at* Westminster.

5. Filix ramosa minor *J. B.* saxatilis ramosa nigris maculis punctata *C. B.* pumila saxatilis prima Clusii *Park.* Dryopteris Tragi *Ger. emac.* *The lesser branched Fern.* Foliis mollibus quoad figuram tamen, majorum Filicum æmulis à reliquis Filiculis petræis differt. In opacis ad latera montium: in Anglia propè Abbatiam Tinternensem, in agro Monumethensi.

9. Filix

9. Filix ſaxatilis caule tenui fragili. Adiantum album folio Filicis *J. B. Fine-cut Stone-Fern with ſlender and brittle Stalks. On old ſtone Walls and Rocks in the Mountains of the* Peak *in* Derbyſhire, *and in the Weſt Riding of* Yorkſhire, *and in* Weſtmorland *plentifully.* Parvitate & raritate ſegmentorum in quæ folia dividuntur, tenuitatéque & fragilitate cauliculorum à congeneribus diſtinguitur. *D. Tancred Robinſon found this Fern on the dropping Rock at* Knaesborough, *from which the petrifying water deſtills.*

7. Adiantum nigrum Officinarum *J. B.* nigrum vulgare *Park.* foliis longioribus, pulverulentis, pediculo nigro *C. B.* Onopteris mas *Ger. Common black Maidenhair or Oak-Fern.* In opacis ad radices arborum & fruticum, inque aggeribus umbroſis & muris antiquis paſſim. Dryopteris alba *Dod.* ſeu Adiantum album Filicis folio *C. B.* quæ planta ſit (ſi modò ab hac diverſa) mihi nondum conſtat. Quæ à Bauhino ſub titulo Adianti albi folio Filicis deſcribitur, Filix noſtra ſaxatilis caule tenui fragili nobis eſſe videtur.

8. Adiantum album floridum ſeu Filicula petræa criſpa perelegans. *Small flowering Stone-Fern. At the bottom of ſtone Walls made up with earth in* Orton *Pariſh and other places of* Weſtmorland *plentifully.* Deſcriptionem vide Hiſt. noſt. p. 153.

Hemionitis pumila trifolia vel quinquefolia maritima *D. Lloyd. Mules Fern with trefoil or quinquepartite leaves.*

Plantula eſt palmaris, capillarem ſe prima facie agnoſcens: foliis tamen non ut in reliquis capillaribus alterno ordine coſtæ adnatis, ſed plerunque ſingularibus, ſummis pediculis (qui triunciales ferè ſunt, exiles & flexiles) inſidentibus, crebris venulis inſigniter exaratis. Ex his juniora integra ſunt & ferè rotunda, nonnunquam etiam bipartita; adulta verò Hepaticæ nobilis adinſtar trifoliata, iis tamen minora & multò tenuiora, ſed & non rarò quinquefariam Pentaphylli modo diviſa. *Radix* qualis reliquis capillaribus ſui moduli, rigidiuſculis fibrillis compoſita. *Hemionitis*, quòd ſterilis videbatur, mihi dicta eſt potiùs quàm *Adiantum*, ideò quòd nullus in averſa foliorum parte pulviſculus comparuit obſervanti in menſibus Julio, Auguſto & Septembri. An juxta mare ſemper proveniat, adeóque maritima jure merito dicenda ſit dubito; hactenus autem nuſquam vidimus quàm in ripa maritima Monæ inſulæ juxta oppidum *Holy head.*

Hujus

Hujus plantulæ oppidò raræ notitiam & descriptionem *D. Edwardo Lloyd* debemus, qui & exsiccatam ad nos transmisit.

Lonchitis aspera *C. B.* asp. major *Ger.* asp. major Matthiolo *Park.* altera cum folio denticulato sive Lonchitis altera Matthioli *J. B. Rough Spleenwort with indented leaves.* E rupium fissuris emergit in summis jugis Arvoniæ v. g. *Clogwyn y Garnedh y Grib Gôch Trygvylchau. D. Lloyd.*

An Polypodium Ilvense *Lugd. J. B. Park.? A small Fern resembling* Lugdunensis *his Polypody of Elba.* In summis rupibus *Hysvüe* prope Ecclesiam D. Peryfii in Arvonia *D. Lloyd.*

Trichomanes ramosum *J. B.* Trich. aliud foliis mucronatis profundè incisis *Sibbaldi. Branched English black Mayden-hair.* In summis rupibus Arvoniæ copiosè oritur: Est autem, me judice, à vulgari Trichomane specie distinguendum. Nobis antequam descriptum comperimus, Trichomanes costa viridi quandoque bifida, foliis lenticularibus crenatis dictum est. *D. Lloyd.*

Filicula Alpina Pedicularis rubris foliis subtus villosis. *Small Stone Fern with Red-rattle leaves hairy underneath.* Nusquam vidimus quàm in udis scopulis *Clogwyn y Garnedh* dictis, juxta summitatem montis Gwydhvæ totius Cambriæ altissimi. *D. Lloyd.* E petrarum rimis emergit, non erecta sed aliquantulum procumbens Ceterach aut Trichomanis ad instar, foliis sex circiter digitos longis. *It's a very rare Plant even at Snowdon.*

An Adianthum album tenuifolium Rutæ murariæ accedens *J. B.*? *Fine-leaved white Maiden-hair approaching to Wall-Rue.*

Filix montana ramosa minor argutè denticulata. *Small branched mountain Fern with finely indented leaves.* Ad summitatem montis *Glyder* quà lacui *Lhyn Ogwan* imminet. *D. Lloyd.* Singulare quid in hac specie esse videtur, quòd in alis seu ramulis infimis surculi ad alæ costam inferiores oppositis longiores sunt, præsertim scapo proximi, notabili differentia.

GENUS

GENUS TERTIUM.

Herbæ flore imperfecto seu stamineo.

HErbæ quarum semina non adeo minuta sunt ut singula visum fugiant, vel sunt plantulâ seminali bifoliâ, vel unifoliâ aut aphyllo: Priores vel sunt flore imperfecto stamineóve, de quibus hoc in loco agimus, vel perfecto.

Herbæ flore imperfecto nobis dictæ sunt quæ foliis illis tenellis, fugacibus, coloratis, Petala nobis dici solitis, carent; ut earum flores solis staminibus cum perianthio constent.

Cùm ergò folia multarum stirpium floribus desint, stamina nullius, hinc colligitur stamina non esse partem otiosam & superfluam, sed potiùs valdè utilem & necessariam. Hinc etiam confirmatur sententia opinantium pulverem in apicibus staminum contentum, Spermatis masculini vicem præstare.

Herbæ flore imperfecto quarum flores à Seminibus sejunctæ, vel totis plantis quæ Sexu differre dicuntur, vel in eadem.

§. Lupulus mas & fœmina *J. B.* 1. seu mas, & 2. seu fœmina *C. B.* non enim specie differunt. 1. seu sativus & 2. seu sylvestris *Park.* nec enim aliter quàm magnitudine discrepant. Lupus salictarius *Ger. Hops the male and female.* In sepibus ad margines pratorum humentium.

Notæ Lupuli characteristicæ sunt caules volubiles, fructus squamosi in racemis laxis.

§. Cannabis sativa *C. B.* mas & fœmina *J. B.* I. seu mas & II. seu fœmina *Ger. emac.* Sativa mas & fœmina *Park. Hemp the male and female, or Winter and Summer Hemp.* Sponte quod sciam apud nos non exit, sed vulgò seritur in agris & hortis.

Notæ hujus characteristicæ sunt folia digitata, corticis filamenta valida & tenacia, ad funes & linteamina texenda idonea, atque hic præcipuus est herbæ usus.

§. I.

§. 1. Mercurialis perennis repens Cynocrambe dicta. Cynocrambe mas & fœmina *Ger. emac.* mas & fœmina seu Mercurialis repens *J. B.* Mercur. sylvestris Cynocrambe dicta vulgaris, mas & fœmina *Park.* Merc. montana testiculata, & Merc. montana spicata *C. B. Dogs Mercury.* In sylvis & sepibus.

Mercurialis notæ genericæ sunt Folia in caule bina adversa; semina bina, vasculis inclusa, testiculos imitata.

2. Mercurialis annua glabra vulgaris. Merc. mas & fœmina *J. B.* vulgaris mas & fœmina *Park.* Merc. mas & Merc. fœmina *Ger.* M. testiculata seu mas Dioscoridis & Plinii, & M. spicata seu fœmina eorundem *C. B. French Mercury the male and female. On the Sea baich near* Ryde *in the Isle of* Wight *plentifully.*

§. 1. Urtica racemifera major perennis. Urt. major vulgaris *J. B.* major vulgaris & media sylvestris *Park.* urens *Ger.* urens I. & II. seu urens maxima & altera urens *C. B. Common stinking Nettle.* Ad sepes & in locis ruderatis.

Quomodo Urticarum spinulæ pruriginem hanc excitent ostendit *D. Hookius* in *Micrographia.* Spinulæ sc. intus concavæ sunt & fistulosæ, mucronibus acutis, unde tactu levi cutem facilè perforant. Singulæ autem folliculo cuidam liquore venenoso repletæ innascuntur; qui ad spinularum tactum compressus per earundem cava liquorem suum in cutem perforatam seu carnem transfundit, qui cum sanguine ejúsve sero mistus & ebulliens, pruriginem illam molestam & pustulas excitat.

2. Urtica minor *Ger.* minor annua *J. B.* urens minor *C. B.* racemifera minor annua. *The lesser stinging Nettle.*

3. Urtica pilulifera folio profundiùs Urticæ majoris in modum serrato, semine magno lini. Urt. Romana *Ger. Park.* Romana seu mas cum globulis *J. B.* urens, pilulas ferens, prima Dioscoridis, semine Lini *C. B. Common Roman Nettle: I found it plentifully in great* Yarmouth *in* Norfolk *near the Key, as also about* Aldburgh *in* Suffolk *and elsewhere on that Coast.* Parkinson *saith it hath been found growing of old at* Lidde *by* Romney *and in the Streets of* Romney, *in* Kent.

§. Xanthium seu Lappa minor *J. B. Park.* Lappa minor Xanthium Dioscoridis *C. B.* Bardana minor *Ger. The lesser Burdock.*

Burdock. Apud nos rariùs occurrit. *I found it once in the Road from* Portſmouth *to* London, *ſome three miles from* Portſmouth, Tho. Williſell *at* Dulwich *near* London. Gaudet ſolo læto ac pingui: in tranſmarinis ad rivulos & in aquoſis ſcrobibus ſæpius obſervavi.

Notæ ejus ſunt præter flores ſtamineos à fructu remotos, fructus durus echinatus binis cellulis bina ſemina continens.

§ 1. Lapathum maximum aquaticum ſive Hydrolapathum *C. B.* Hydrol. magnum *Ger.* majus *Park.* Lapathum aquaticum folio cubitali *C. B.* Lapathum longifolium nigrum paluſtre, ſive Britannica antiquorum vera, vel Hydrolapathum nigrum *Munting. Great Water-Dock.* In aquoſis, paluſtribus ac ſtagnantibus locis, rivis & foſſis majoribus, in ipſis aquis vadoſis, rarò extra eas. Magnitudine ſua & loco natali à reliquis Lapathis differt.

Muntingius integrum librum ſcripſit de Britannica Antiquorum vera, (h. e. Hydrolapatho magno, ut nobis videtur) déque ejus viribus & uſu ad Scorbutum præcipuè, quem conſule, vel Hiſtor. noſt. p. 172.

2. Lapathum vulgare folio obtuſo *J. B.* ſylv. folio ſubrotundo *C. B.* ſylv. vulgatius *Park.* ſylv. folio minus acuto *Ger. The moſt common broad-leafed wild Dock.* In locis humidioribus, in areis pagorum ad ſtabula plerumque oriri ſolet.

In hoc genere flores & ſemina, caules & ramulos verticillatim ambiunt. Foliola illa quæ vaſculum ſeminale efficiunt, quoſdam quaſi dentes in marginibus obtinent, Semen palliditus eſt quam Oxylapathi criſpi. Hydrolapatho magnitudine proximum eſt, & figura ſimile.

3. Lapathum folio acuto criſpo *C. B.* acuto criſpo *J. B.* acutum minus *Park.* malè; acuti varietas folio criſpo *Ger.emac. Sharp pointed Dock with curled leaves.* Cum priore nec eo minus frequens.

Folia hujus anguſtiora ſunt quàm præcedentis, longiora, ſaturatiùs virida, nonnihil acida. Semen adeò confertum naſcitur, ut caules penitus contegat & occultet, præcedenti magnitudine par ſed rubicundius: Vaſcula inſuper ſeminalia præcedentis æmula, verum ad margines plana nec ullis denticellis prædita.

4. Lapathum acutum *Ger.* acutum ſeu Oxylapathum *J. B.* acutum majus *Park.* Sylv. folio acuto, plano *C. B. Sharp-pointed Dock.* In incultis & aquoſis paſſim.

Hujus

Hujus flores ad intervalla verticillatim nascuntur, singulis ferè verticillis apposito foliolo ligulæ instar: Semen plus duplo minus quàm præcedentium.

Huic eadem videtur species Lapathum acutum minimum *J. B. Park. Ger.* Vid. Hist. p. 174.

5. Lapathum pulchrum Bononiense sinuatum *J. B. Fiddle-Dock in S.* James's *Fields at* Westminster, *all over S.* George's *Fields in* Southwark, *and elsewhere.* Oxylapatho non multum dissimile est, præterquam foliorum figurâ utrinque sinuatâ.

6. Lapathum folio acuto, flore aureo *C. B.* Anthoxanthon *J. B. Golden Dock.* In palustribus aliquoties Vidi & collegi. V. g. circa *Crowland* oppidum in Com. Lincoln. ad Trentam fluvium propè *Swarston* vicum in Derbia, &c.

Hujus semina perexigua sunt, & pallidiora quàm cæterorum, folia etiam pallidiora.

7. Lapathum folio acuto rubente *C. B.* Ad vias & semitas.

Cæterùm Lapathi notæ genericæ sunt flos sex foliolis constans, quorum tria interiora magnitudine aucta & conniventia semen triquetrum, splendens, & plerumque spadiceum aut nigricans, amplectuntur.

8. Lapathum acetosum vulgare. Acetosa vulgaris *Park.* 1. sive pratensis *C. B.* Oxalis vulgaris folio longo *J. B.* Ox. seu Acetosa *Ger. Common Sorrell.* In pratis & pascuis.

9. Lapathum acetosum repens lanceolatum. Acetosa arvensis lanceolata *C. B.* minor lanceolata *Park.* Oxalis tenuifolia *Ger.* parva auriculata repens *J. B. Sheeps Sorrel.* In arenosis & siccioribus.

Oxalida minorem *Ger.* ad hoc caput refero; nec enim specie, sed accidentibus tantùm ratione loci differre existimo.

10. Acetosa rotundifolia repens Eboracensis, folio in medio deliquium patiente *Moris. hist.* Cambro-britannica montana *Park.* An scutata repens *C. B. Prod.?* *Round-leafed Mountain Sorrell.* Copiosè provenit juxta scaturigines aquarum, in cautibus clivosis montis *Snowdon* supra vicum *Landberis*, necnon ad rivulos in confragosis rupibus montis *Cader-Idris*, supra lacum quendam nostratibus *Lliny cau* dictum. *D. Lloyd.* qui Acetosam Cochleariæ folio montanam eam vocat. Eandem in Westmorlandiæ & Cumberlandiæ montosis

observavit

obſervavit *D. Lawſon*, & nos etiam olim; verùm per inadvertentiam pro Acetoſa Romana rotundifolia habuimus.

§. 1. Fegopyrum *Dod.* Tragopyrum *Ger. emac. Park.* Fagotriticum *J. B. Buck-wheat or Brank.* Seritur in agris.

Uſus hujus ad Pultes, ad panem etiam pro plebeiis, ad pullos ſaginandos: quin è ſeminibus oleum exprimitur in Belgio

2. Fegopyrum ſcandens ſylveſtre. Convolvulus minor Atriplicis folio *Park.* Volubilis nigra *Ger.* Convolvulus minor ſemine triangulo *J. B. Black Bindweed.* Inter ſegetes inq; hortis & vineis lociſque cultis.

Hujus notæ characteriſticæ ſunt floſculi pentaphylli ſpecioſi ſpicis è foliorum alis egreſſis, ſemine triquetro cum congeneribus convenit, ejus tamen colore ſordidiore & farinâ eſculentâ ab iiſdem differt.

§. 1. Perſicaria vulgaris acris ſeu Hydropiper *J.B.* vulg. acris ſeu minor *Park.* urens ſeu Hydropiper *C. B.* Hydropiper *Ger. Lakeweed or Arſmart.* In aquoſis naſcitur ad rivulos & foſſas.

2. Perſicaria puſilla repens *Ger. emac. Park.* 4. S. minor *C. B. Small creeping Arſmart.* In pratis humidis & aquoſis.

3. Perſicaria maculoſa *Ger.* mitis *J. B.* vulgaris mitis ſeu maculoſa *Park.* mitis maculoſa & non maculoſa *C. B. Dead or ſpotted Arſmart.* In rivulis & ad aquas, non rarò & inter ſegetes, locis humidioribus. Folia maculâ nigrâ ſæpiùs notantur, interdum eà carent. Florum ſpicæ breviores, denſiores & habitiores ſunt quam Perſ. urentis, plerunque dilutè rubent, interdum albicant.

4. Perſicaria Salicis folio perennis, Potamogiton, anguſtifolium dicta. Potamogiton anguſtifolium *Ger.* Pot. 2. ſeu Salicis folio *C. B.* Potamogiton ſeu Fontalis Perſicariæ foliis *J. B.* Fontalis minor longifolia *Park. Perennial willow-leaved Arſmart, commonly called narrow-leaved Pond-weed.*

Aquis plerumque innatat: interdum tamen extra aquas creſcit, (vel aquis exſiccatis eam deſerentibus, vel ipſius radicibus in foſſarum aggeres ejectis) & tunc folia obtinet hirſuta, aſpera & Perſicariæ in modum maculoſa; unde à nonnullis pro nova Perſicariæ ſpecie à Potamogitone anguſtifolia diverſa habita eſt, & rectè quidem pro Perſicariæ ſpecie eam habent; verùm malè à Potamogitone vulgò dicta ſeparant: nos etenim vidimus in eadem planta folia extra aquas naſcentia.

tia, aspera & hirsuta, aquis innatantia, lævia & lucida. Q. An non hæc sit Persicaria acida peculiaris *Cat. Altdorf.* Persicaria hirsutâ radice perenni *Cat. Lugd. Bat.* Persic. longissimo & angusto folio seu Persic. foliis Salicinis *D.Merrett* ?

Persicaria flosculis tetraphyllis in spicis summos caules terminantibus reliquis hujus familiæ distinguitur. Forma quoque seminis à reliquis non parum differt, quod non adeò concinnè & exactè triquetrum est, uno latere reliquis duobus ferè pari, adeò ut angulus iis comprehensus valdè obtusus sit, reliqui duo acuti.

§. 1. Polygonum mas vulgare *Ger.* mas vulgare majus *Park.* latifolium *C. B.* Polygonum seu Centinodia *J. B. Common Knotgrass.* In locis incultis juxta & cultis, præsertim glareosis, vias & semitas latè subinde occupat.

Polygonum 2. & 3. *Tab.* h. e. Polygonum oblongo angustóque folio & Polyg. brevi angustóque folio *C. B.* pro hujus varietatibus habeo. 2. Polygonum marinum *J. B.* marinum maximum *Ger. emac.* marinum majus *Park.* majus V, seu maritimum latifolium *C. B. Great Sea Knotgrass.* In arenosis maris litoribus, ut v. g. propè oppidum *Pensans* in *Cornubiâ*,

Polygonum est planta exigua, caule provoluto & crebris geniculis nodoso, semine triquetro in foliorum alis.

§. 1. Bistorta major *Ger.* ma. vulgaris *Park.* ma. rugosioribus foliis *J. B.* radice minùs intorta *C. B. The greater Bistort or Snakeweed.* In pratis humidis sed rariùs. *It is frequent about* Sheffield *in* Yorkshire, *plentifully also in the Meadows at* Tamworth *and* Fasely *in* Warwickshire, *and in divers other parts of* England.

2. Bistorta minor *Ger.* minor nostras *Park.* Alpina minor *C. B.* minima *J. B. Small Bistort or Snakeweed. In several places of* Westmorland *as at* Crosby Ravensworth. Mr. Lawson: *it was shewn me by* Tho Willisel *in a mountainous pasture about a Mile and half from a Village called* Wherf, *not far from the Foot-way leading thence to* Settle *in* Yorkshire.

Hæc species revera diversa est à Bistorta media Alpina, non eadem ut aliquando suspicabar; nam & ipse (ut in notis meis invenio) Bistortam mediam in Alpibus observavi; quamvis id oblitus fueram.

3. Bistorta minima Alpina foliis imis subrotundis & minutissimè serratis *D. Lloyd.* Bistorta Alpina pumila varia *Park.* pumila foliis variis rotundis & longis *Morison. The least mountain Bistort with round and long leaves.* In pascuis clivosis excelsæ rupis *y Grîb Gôch* dictæ supra lacum *Phynon bhrêch* propè *Lhan-berys.* Perpusilla est planta, 4 unciarum altitudine, an verò specie distinguenda sit à Westmorlandica aliorum judicio relinquo. *D. Lloyd.*

Bistorta flore pentaphyllo, cùm Persicariæ tetraphyllos sit, seminisque figura exactè triquetra, angulis omnibus acutis, cùm illi minus concinnum sit, uno angulo obtuso reliquis valde acutis, à Persicaria differat.

§. 1. Potamogiton rotundifolium *C. B.* rotundiore folio *J. B.* latifolium *Ger.* Fontalis major latifolia vulgaris *Park. Broad-leaved Pondweed.* In aquis stagnantibus & piscinis, interdum & in rivulis. Hujus folia quæ aquis immerguntur longa sunt, angusta & graminea.

2. Potamogiton aquis immersum folio pellucido, lato, oblongo, acuto. An Pot. foliis angustis, splendentibus *C. B?* longis acutis foliis *Ger?* alterum *Dod. Belg.* Fontalis lucens major *J. B? Long-leaved great Pondweed with pellucid leaves.* In fluviis majoribus leniter fluentibus.

3. Potamogiton perfoliatum. Pot. foliis latis, splendentibus *C. B.* Potamogiton 3. Dodonæi *Ger. emac.* est autem revera Potamogiton altera Dodonæi, ut rectè *J. B. Perfoliate Pondweed.* Aquis plerumque immergitur hæc species, eminente tantùm cacumine. Nullæ in hac specie membranulæ observantur in caulibus & ramulis eos obvolventes, ut in Potam. latifolia.

4. Potamogiton seu Fontalis media lucens *J.B.* Potam. foliis crispis seu Lactuca ranarum *C. B.* qui hanc speciem non separat à sequente. Tribulus aquaticus minor Muscatellæ floribus *Ger.* aquat. minor alter *Park. The lesser Water-Caltrops or Frogs-Lettuce.* In rivulis aquæ præsertim puræ & limpidæ non rarò invenitur. Hæc planta (si modo rectè describitur) à reliquis sui generis insigni notâ differt, nimirum foliorum in caule conjugatim dispositorum situ.

In Hist. nostra. p. 189. lin. 17. pro *singulis seminibus* lege *singulis floribus semina.*

5. Potamogiton seu Fontalis crispa *J. B.* Pot. foliis crispis seu Lactuca ranarum *C.B.* Tribulus aquaticus minor Quercûs floribus *Ger. emac. Clus.* aquat. minor prior *Park. The greater Water-Caltrops.*

Cauliculis

Cauliculis planis & compressis cum sequente specie convenit, à reliquis differt. Aquis immergitur, estque in rivulis præsertim tardiùs fluentibus frequentissimum.

6. Potamogiton caule compresso, folio graminis canini *Hist. nost. Small branched Pondweed with a flat Stalk. In Cambridge and many other Rivers.* Descriptionem vide in Hist. nost. p. 189.

7. Potamogiton millefolium, seu foliis gramineis ramosum seu, an gramineum ramosum *C. B ? J. B. Park.* Millefolium tenuifolium *Ger. emac. ico. Fine or Fennel-leaved Pondweed. In Cambridge and other Rivers.* Hujus etiam descriptionem v. loco citato.

8. Potamogiton pusillum, gramineo folio, caule tereti *Hist. nost.* p. 190. *Small grass-leaved Pondweed.* In rivis & fossis palustribus. Foliis est mollioribus & brevioribus quàm præcedens; florum etiam spicæ ex aquis eminent; tota insuper planta minor est.

9. Potamogiton pusillum maritimum folio gramineo. *Sea-Pondweed with grassie leaves.* In fossis palustribus maritimis exit, circa Camalodunum in Essexia & alibi. Spicæ in hoc genere breviores & tenuiores quàm in præcedente, folia etiam tenuiora & rigidiora sunt.

10. Potamogiton maritimum pusillum alterum, seminibus singulis longis pediculis insidentibus. *The other grass-leaved Sea-Pondweed.* In fossis palustribus via quæ à Camaloduno ad *Goldhanger* ducit, & alibi proculdubio locis similibus. Hujus & præcedentium trium descriptiones v. in Hist. nost. *p.* 189, 190.

11. Potamogiton affinis graminifolia aquatica *Hist. nost.* 190. *Water-grass with small crooked cods.* Corniculis recurvis tribus quatuórve simul, sessilibus in foliorum alis, foliísque gramineis à reliquis discretu facilis est.

Potamogitonis notæ sunt in aquis nasci; flores spicati, quadrifolii, quorum singulis quaterna continentur semina. Florum spicæ pediculis oblongis insidentes.

§. Millefolium aquaticum pennatum spicatum *C. B. Park.* pennatum aquaticum *J. B. Feathered Water-Milfoil.* In aquis. Pennatum dicitur à foliorum similitudine.

§. Millefolium aquaticum cornutum (quoad descriptionem) *J. B.* Equisetum ramosum aquis immersum *Cat. Cant. Horned Water-Milfoil.* In aquis pigrioribus. Cornutum dicitur à similitudine itidem foliorum. V. descript. *Hist. nost.*

p. 191. Millefolii aquatici cornuti neque figura, nec descriptio quæ habetur in *Prod. C. B.* huic conveniunt.

§. 1. Atriplex sylvestris folio hastato seu deltoide. An Atriplex sylvestris altera *Ger. emac. C. B ? Wild Orache with a spear-pointed leaf.* In hortis oleraceis, ínque simetis & ruderibus. Folia in latum & triangulum mucronem hastæ cuspidi aut Spinachiæ aut Chenopodii similem (inferiora præcipue) exeunt.

2. Atriplex sylvestris angustifolia *Ger. emac. Park.* Sylv. angusto oblongo folio *C. B.* Sylv. Polygoni aut Helxines folio *Lob.* quâ nota à præcedente distinguitur, vulgaris angustifolia cum folliculis *J. B. Narrow-leaved wild Orache.* Cum priore.

3. Atriplex angustifolia maritima dentata *Hist. nost.* p. 193. An Atr. angustifolia laciniata minor *J. B ?* maritima angustifolia *C. B. Prod. Narrow-leaved indented Sea-Orache. It grows plentifully by the River and on the banks of the Marshes about* Maldon *in* Essex, *and elsewhere doubtless in the like places.*

4. Atriplex maritima perennis folio deltoide seu triangulari minùs incano *Moris. Hist.* An Atriplicis maritimæ species Valerando *J. B ?* Atrip. maritima nostras *Cat. Ang. Perennial. Sea-Orache.* Hæc Atriplici sylvestri folio hastato annuæ adeò similis est, ut dubitaverim aliquando an eadem esset nécne. Verùm si hæc perennis sit, ut Morisonus affirmat, diversam concedo.

5. Atriplex maritima *J. B.* maritima laciniata *C. B.* marina *Ger.* marina repens *Lob. Park. Jagged Sea-Orache : On the Sea-shore near little* Holland *in* Essex : *found also by* Mr. Dale *in the Isle of* Mersey, *not far from* Colchester *plentifully.* Parvitate sua, quódque tota incana foliis latis laciniatis est, à reliquis congeneribus dignoscitur.

6. Atriplex maritima fruticosa, Halimus & Portulaca marina dicta, angustifolia. Halimus seu Portulaca marina *C. B.* vulgaris seu Portulaca marina *Ger.* Portulaca marina nostras *Park.* marina fruticosa, quæ Halimus 2 Clusii *J. B. Common Sea-Purslane.* In palustribus maritimis ad aquarum illices & in aggeribus ubique. *D. Plukenet* in agro Lincolniensi invenit Halimum angustifolium seminibus singularibus, valculis Bursæ pastoriæ æmulis bicornibus inclusis.

§. 1. Blitum Atriplex sylvestris dictum : Atriplex sylv. *J. B.* vulgaris *Ger. emac.* Sylv. vulgatior sinuata major *Park.* folio

lio ſinuato candicante *C. B. Common wild Orache.* In ſimetis & ruderibus locíſque ſimilibus. Vaſculum ſeminale cùm clauditur ſtellam quinque radiorum repræſentat, unicum autem ſemen continet, parvum, nigrum, ſplendens, compreſſum.

2. Blitum *Pes anſerinus* dictum. Atriplex ſylveſtris latifolia *C. B.* ſylv. latifolia ſive Pes Anſerinus *Ger. emac. Park.* Atriplex dicta Pes anſerinus *J. B. Gooſe-foot or Sowbane.* In ſimetis.

3. Blitum *Pes anſerinus* dictum acutiore folio. Atriplex ſylveſtris latifolia altera *Ger. emac.* ſylv. latifolia acutiore folio *C. B.* dicta. Pes anſerinus alter ſive ramoſior *J. B. The other Gooſe-foot.* Cum priore.

4. Blitum fœtidum *Vulvaria* dictum. 4. Atriplex olida *Ger.* olida ſive ſylveſtris fœtida *Park.* fœtida *J. B.* ſylv. 8. ſive fœtida *C. B. Stinking Orache.* In locis ruderatis ſed rariùs.

5. Blitum *Kali minus album* dictum. Kali minus *Ger.* minus album *Park.* minus album ſemine ſplendente *C. B.* minus, ſive Sedum minus arboreſcens vermiculatum *J. B. Sea-Blite, called white* Glaſs-wort. In ſalſis paluſtribus, & ad maris litus frequentiſſimum.

6. Blitum perenne *Bonus Henricus* dictum. Bonus Henricus *J. B. Ger.* Tota bona Spinachiæ facie *Lob.* Lapathum unctuoſum *Park.* ſylveſtre latifolium I. ſeu unctuoſum *C. B. Common Engliſh Mercury, or All-good.* In areis & compitis, ínq; locis ruderatis ad ſemitas, atque etiam in oleraceis. Aprili & Maio menſibus floret.

Mercurialis Anglica noſtratibus dicta eſt hæc herba, ejúſque turiones, germina novella & florum thyrſos, in aqua aut carnium jure decocta, & cum butyro ac ſale condita eſitant, Spinachiæ, Lupulorum & Aſparagi modo, quibus ſaporis ſuavitate non multùm cedunt, facultate deterſoriâ præſeruntur.

A reliquis dignoſcitur quòd perennis ſit, foliáque Ari aut Spinachiæ ſimilia obtinet.

7. Blitum fruticoſum maritimum, Vermicularis frutex dictum. Sedum minus fruticoſum *C. B.* Vermicularis frutex minor *Ger.* fruticoſa altera *Park.* An Cali ſpecies ſeu Vermicularis marina arboreſcens *J. B. Shrub-ſtonecrop, or rather Glaſs-wort.*

In ſinûs Briſtoienſis Anglici Oceani inſulis vocatis *Hms* ſe copioſum avulſiſſe dicit Lobelius in *Adv.* Nos in iſthmo

illa insulam Portlandiam & litus Dorcestriæ interjacente abundè provenientem multis abhinc annis observavimus. Eundem antea ostendit nobis Cl. Vir *D. Tho. Brown*, Norvicensis medicus in litore Norfolciæ collectum.

8. Vermicularis frutex major *Ger. emac.* arborescens *Park.* Sedum minus fruticosum alterum *C.B.* Cali species, seu Vermiculati fruticis varietas major *J. B. Tree Stone-crop, or Glaswort.* Asserit Lobelius in *Adv.* hunc in maritimis litoribus & insulis Angliæ fruticare.

9. Blitum erectius seu 3. Tragi *J. B.* minus *Dod.* polyspermon *C. B. Park.* itémque Blitum album minus *eorundem* & *Ger. Upright Blite, or All-seed.* In fimetis, lupuletis, hortis & arvis pinguioribus. V. Cat. Ang. Sapor huic fatuus: refrigerat & emollit. Folia huic Majoranæ sylv. aut Prunellæ aut Ocymi æmula: Semina in singulis flosculis singula, rubentia, non occultantur sed visui patent. Florum muscosorum coma Botryi non dissimilis est.

§. Beta sylvestris maritima *C. B. Park.* item communis seu viridis *C. B. Sea-Beet.* In paludibus salsis & ad maris litora frequens est. Radice perenni à reliquis Betæ speciebus differt.

Beta fructu verrucoso osseo, cui flos insidet, à reliquis hujus classis differt.

Beta estur ut olus, eáque nihil in culina usitatius. Martialis fatuitatem ei exprobrat.

Ut sapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ,
O quàm sæpe petet vina piperque cocus!

§. Parietaria *Ger. J. B.* vulgaris *Park.* Officinarum & Dioscoridis *C. B. Pellitory of the wall.* In muris & ruderibus.

Calycum & totius comæ hirsutie vestium tenaci, seminibus splendentibus, quibus flosculi sunt pro vasculis, & loco natali à reliquis hujus generis distinguitur.

Idem nitrosulphureum præbet hæc planta non secus quàm Borago aut Buglossum. *D. Boyl de utilit. Philosoph. natur.* Quòd sale nitroso abundet vis ejus detersoria, in Urceolis vitreisque vasis detergendis efficax, ostendit; unde Urceolaris dicta est.

§. 1. Saxifraga aurea *Ger. Park.* rotundifolia aurea *C. B.* aurea Dodonæi *J. B. Golden Saxifrage.* Ad rivulos, inque humidis umbrosis, paludibus & muscosis locis. Aprili floret.

2. Saxi-

2. Saxifraga aurea foliis pediculis oblongis insidentibus. *Golden Saxifrage with leaves standing upon long footstalks.* Cum priore. Icon J. Bauhini huic respondet.

Saxifr. aurea flore flavicante tetrapetalo, vasculo seminali bifido, plurimis minutissimis seminibus repleto, & loco natali, à reliquis hujus Classis generibus differt.

§. 1. Alchimilla *Ger.* vulgaris *C. B.* major vulgaris *Park.* Pes leonis seu Alchimilla *J. B.* *Ladies Mantle*, & in Septentrionalibus *Bears-foot.* In pratis & pascuis præsertim montosis.

2. Alchimilla Alpina pentaphyllos, Pentaphyllum sive potiùs Heptaphyllum argenteum flore muscoso *J. B.* Pentaphyllum petrosum, Heptaphyllum Clusii *Ger.* Tormentilla Alpina folio sericeo *C. B.* argentea *Park.* *Cinquefoil Ladies Mantle.*

Hæc est planta illa quam in rupibus juxta stagnum *Hulswater* dictum inveni, non longè à *Pereth* Cumberlandiæ oppido, & per errorem pro Alchimilla Alpina quinquefolia habui. Alibi etiam in montibus Eboracensibus observatam audio: in montibus etiam Scoticis invenit *D. Sutherland.* Notæ hujus genericæ sunt flosculi in summis caulibus, umbellatim congesti, octo foliis herbaceis compositi, vasculis seminalibus singulis bina semina continentibus insidentes.

§. Percepier Anglorum *Lob. Ger. emac.* Anglorum quibusdam *J. B.* Polygonum selinoides *Park.* Chærophyllo nonnihil similis *C. B.* Alchimilla minima montana *Col.* *Parsley-piert.* Inter segetes & in solo reitibili steriliore.

Flosculi ad singula genicula pediculis brevibus in duos ordines dispositi sedent, tetraphylli, quibus singulis singuli utriculi subsunt, semina singula intus continentes.

§. 1. Kali geniculatum alterum vel minus *C. B.* Cali Arabum aliud *J. B.* Salicornia seu Cali geniculatum *Ger.* *Park.* *The lesser jointed Glasswort or Saltwort.* In salsis maritimis copiosissimé. Kali geniculato, ad modum Crithmi præparato & muriâ condito ad acuendum appetitum hyberno tempore in acetariis & condimentis utuntur nostrates, & *Marsh-Sampire*, i. e. Crithmum palustre nuncupant.

Kali geniculatum perenne fruticosius procumbens Propè insulam *Shepey* à D. *Hans Sloane* M. D. inventum.

3 Kali spinosum cochleatum *C. B.* Tragus seu Tragum Matthioli *Park.* Tragon Matthioli seu potiùs Tragus improbus Matthioli *Ger.* Tragus spinosus Matthioli seu Kali spinosum *J. B.* *Prickly Glasswort.* In arenosis maris litoribus frequens.

Kali geniculatum foliorum carentiâ, & surculis teretibus, viridibus, succulentis, è quibusdam velut squamis pyxidatim geniculatis compositis, sub quibus semina occultantur, ab aliis hujus Classis distinguitur.

Kali spinosum cochleatum vel nomine solo satis innotescit. Semen seu potiùs plantula seminalis in cochleæ formam convolvitur.

§ 1. Polygonum Germanicum vel *Knawel* Germanorum *Park.* Selinoides sive *Knawel Ger.* 3. Dodonæi seu tenuifolium *J. B.* angustissimo & acuto vel gramineo folio minus repens *C B* An potiùs gramineo folio majus erectum *ejusdem? German Knotgrass or Knawel.* In agris sterilioribus præsertim arenosis ubique ferè.

Flosculi stellati pentaphylli singuli singulis seminibus insident umbilici instar, in divaricationibus ramulorum sessiles.

2. Polygonum Germanicum incanum flore majori perenne. *Hoary Knawel with a larger flower. In the sandy grounds and balks of Corn-fields about* Elden *in* Suffolk *plentifully.*

§. Polygonum Serpyllifolium verticillatum. Polygonum parvum flore albo verticillato *J. B.* An Polygala repens nuperorum *Lob?* Polygala repens *Park.* repens nivea *C. B?* *Verticillate Knotgrass, with Thyme-like leaves.* In palustribus udis & humidioribus pascuis circa *Pensans* oppidum & alibi versùs extremum Cornubiæ angulum.

§. Herniaria *Ger. J. B.* Millegrana major seu Herniaria vulgaris *Park.* Polygonum minus seu Millegrana minor *C.B.* *Rupture-wort.* In promontorio Cornubiensi, *The Lezard point* dicto Herniariam glabram copiosam inveni. Folia huic adversa. Serpylli minora; cauliculi humi sparsi, flosculis herbaceis & seminibus numerosissimis onusti.

§ † Polygonum pusillo vermiculato Serpylli foliolo *J.B.* maritimum minus foliis Serpylli *C. B.* Serpylli folio Lobelii *Park.* alterum pusillo vermiculato Serpylli foliolo Penæ *Ger. emac.* *Lobels Knotgrass with mother of Thyme leaves. Mr.* Newton *shew'd me a dried plant gathered in* England *well resembling* Lobels *Figure.*

GENUS

GENUS QUARTUM.

Herbæ flore composito, naturâ pleno lactescentes.

§.1. LACTUCA sylvestris major odore Opii *Ger. emac.* sylv. odore viroso *C. B.* Endiviæ foliis, odore viroso *Park.* sylv. lato folio, succo viroso *Park. The greater strong-scented wild Lettuce.* In aggeribus fossarum saxosisque locis. Prima seu inferiora hujus folia integra sunt, non laciniata.

2. Lactuca sylvestris costâ spinosâ *C. B.* sylv. laciniata *Park.* sylv. foliis dissectis *Ger. emac.* Sylv. seu Endivia multis dicta, folio laciniato, dorso spinoso *J. B. Milder-scented, cut-leaved wild Lettuce.* Ad sepes & agrorum margines, inque vineis & hortis, præsertim saxosis.

3. Lactuca sylv. folio non laciniato. Sylv. 2. *Ger. emac. Endive-leaved wild Lettuce.* Cum priore, cujus varietas est, sed rariùs.

4. Lactuca sylvestris minima *Cat. Cant.* Chondrilla viscosa humilis *C. B. Park. Ger. emac. The least wild Lettuce or dwarf-Gum-Succory. On a bank and in a ditch by the side of a small lane or drove, leading from* London *Road to* Cambridg *River, just at a Water-brook, crossing the Road about* $\frac{1}{4}$ *of a mile from the Spittle-house end.* Tho. Willisel *observed and shew'd it us about* Pancras *Church near* London. Johnsonus asserit eam reperiri aliquibus hujus regni in locis, quæ tamen non meminit: in transmarinis multoties invenimus.

5. Lactuca sylvestris murorum flore luteo *J. B.* Sonchus lævis muralis *Ger.* lævis alter parvis floribus *Park.* lævis laciniatus muralis parvis floribus *C. B.* Sonchus hederæ folio vulgo. *Ivy-leaved Sowthistle or wild Lettuce.* In muris & aggeribus umbrosis. Hujus notæ sunt folia mollia hederacea, locus umbrosus.

Lactucæ notæ characteristicæ sunt semina brevia, latiuscula, compressa & utrinque acuminata, caules graciliores, firmiores & minùs concavi quàm Sonchi, capitula minora.

§. Sonchus à Lactuca (quicum in multis convenit) distinguitur capitulis grandioribus, caulibus tenerioribus & fistulosioribus, quibus etiam ab Hieracio differt, ut & semine compresso.

1. Sonchus

1. Sonchus lævis *Ger.* lævis laciniatus latifolius *C. B.* lævis vulgaris *Park. cujus tamen icon non respondet*, laciniatus non spinosus *J. B. Smooth or unprickly Sowthistle or Hares Lettuce.* In cultis, hortis, vineis, *&c.* præsertim lætiori solo.

2. Sonchus lævis minor paucioribus laciniis *C. B.* lævis latifolius *Ger.* minùs laciniosus mitior sive minùs spinosus *J. B. Smooth Sowthistle with fewer jags.* Cum priore.

3. Sonchus asper laciniatus *Park. C. B.* lacin. spinosus *J. B.* asperior *Ger. Prickly Sowthistle with jagged leaves.*

4. Sonchus asper non laciniatus *C. B.* asper *Ger.* asper major non laciniatus *Park.* minùs laciniosus asperior sive spinosior *J. B. Prickly Sowthistle with less jagged leaves.* Promiscuè nascuntur præcedentes omnes Sonchi species, unde eas revera specie differre non ausim affirmare, at neque negare. Cui vacat & animus est experiatur an ex eodem semine oriantur.

5. Sonchus repens, multis Hieracium majus *J. B.* arborescens *Ger. emac.* Hieracium majus folio Sonchi *C. B. Tree-Sowthistle.* C. Bauhinus ex una hac specie duas, ni fallor, facit.

6. Sonchus arborescens alter *Ger. emac.* lævis paluftris altissimus *Clus. The greatest Marsh Tree-Sowthistle.* Ad ripas Thamesis fluvii non procul Greenvico.

Hic à præcedente altitudine insigni, floribus tamen minoribus differt; uterque à præcedentibus radice repente.

§. Hieracium à Soncho differt caulibus gracilioribus, minùs teneris & fistulosis; seminibus longioribus pro magnitudinis ratione, non compressis, sed teretiusculis aut angulosis.

Hieracium simpliciter dictum.

1. Hieracium minus præmorsa radice *Park.* minus præmorsa radice, sive Fuchsii *J. B.* minus sive leporinum *Ger.* Chondrillæ folio glabro radice succisa, majus *C. B. Hawkweed with bitter roots, yellow Devels-bit.* In pascuis frequens, Julio & Augusto mensibus floret. Variat magnitudine & foliorum hirsutie.

2. Hieracium longiùs radicatum *Ger. emac. Park.* Dentis leonis folio obtuso majus *C.B.* macrocaulon junceum sive minus primum Dodonæi *J. B. Long-rooted Hawkweed.* Junio, Julio & per totam æstatem floret, in pascuis ubique. Semina ruffa in longos & tenues mucrones exeunt; caules juncei & ferè aphylli.

3. Hie-

3. Hieracium Castorei odore Monspeliensium. Cichorei vel potiùs Stœbes folio hirsutum *Cat. Cant.* In pascuis circa Cantabrigiam & alibi, sed rarius: Convenit odore cum Hieracio Apulo flore suaverubenti *Col.* item incano propendente à flore delapso barbitio.

4. Hieracium luteum glabrum sive minùs hirsutum *J. B.* Cichoreum pratense luteum lævius *C. B. Park. Smooth Succory Hawk-weed.* In pascuis frequens occurrit, & æstate floret. Hujus flores, capitula, & semina omnium quæ in Anglia sponte exeunt Hieraciorum minima sunt, Hyoseride excepta; caulis autem major ferè & firmior reliquis.

5. Hieracium montanum Cichorei folio nostras. An Hieracium Britannicum *Clusii? Succory-leaved Mountain Hawk-weed.* In montosis Septentrionalibus, locis udis & humectis, præsertim sylvosis. Ad Hieracium fruticosum latifolium accedit, in multis tamen ab eo differt, ut v. g. quòd caulis concavus sit, quem folia basi sua amplectuntur, quòd semen citrinum. Hæc species est, quam pro Hieracio montano latifolio glabro minore in *Cat. Ang.* habui.

6. Hieracium macrocaulon hirsutum folio rotundiore *D. Lawson.* An Hieracium fruticosum folio subrotundo *C. B. prod. Park? Round-leaved rough Hawk-weed with a tall stalk. Found by Mr.* Newton *in* Edinburgh Park *in* Scotland; *by Mr.* Lawson *by* Buckbarrow-Well *in* Long Sledale, Westmorland.

7. Hieracium λεπτόκαυλον hirsutum folio rotundiore *D. Lawson. On the Rocks by the Rivulet between* Shap *and* Anna-well Westmorland. Folia huic, in caule, quantum memini, nulla; sed ad imum tantùm caulem è radice exeunt. Caulis satis procerus, gracilis, propè summitatem in ramulos aliquot divisus, flores sustinens majores, speciosos.

8. Hieracium maximum asperum Chondrillæ folio *C. B. The greatest rough Succory-leaved Hawkweed.* Alicubi in Cantio invenit *D. Newton.*

9. Hieracium echioides capitulis Cardui benedicti *C. B.* capitulis Cardui benedicti maximum, Buglossum echioides quibusdam *J. B.* Buglossum luteum *Ger.* Buglossum luteum seu Lingua bovis *Park. Lang de boeuf.* Ad agrorum margines, non rarò & sylvis cœduis ac sepium aggeribus. A noistratibus usurpatur pro olere in cibis.

10. Hieracium parvum in arenosis nascens seminum pappis densiùs radiatis. *Found on the gravelly grounds near* Middleton

ton *in* Warwickſhire. Hanc ſpeciem in Hiſtoria omiſi, quia mihi non conſtabat an ſpecies ſit à reliquis diſtincta, an varietas tantùm præcedentium alicujus.

11. Hieracium aſperum majori flore in agrorum limitibus *J. B.* Cichoreum pratenſe luteum aſperum *Park.* Cichoreum pratenſe luteum hirſutie aſperum, vel Hieracium hirſutum foliis caulem ambientibus *C. B.* & Cichoreum montanum anguſtifolium hirſutie aſperum *ejuſdem* ex ſententia fratris J. Bauhini. Hierac. aſperum *Ger.* *Rough Hawkweed with a large flower, yellow Succory.* In agrorum marginibus. Foliorum aſperitate cum Hierac. echioide capitulis Carduj benedicti convenit, capitulorum forma ab eodem differt.

12. Hieracium minimum Cluſii Hyoſeris Taberna montani & Gerardi *Park.* Hier. Dentis leonis folio obtuſo 8. ſeu minus folio ſubrotundo *C. B.* Hyoſeris maſcula *Ger.* *Small Swines Succory or Hawkweed.* Provenit inter ſegetes locis parùm arenoſis & terra friabili.

In hoc petala florum extima ſeu marginalia calycis folia quibus incumbunt longitudine vix excedunt.

Hieracium Pulmonaria dictum.

1. Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum *C. B.* *Park.* Hieracii Sabaudi varietas altera *J. B.* *Buſhy Hawkweed with broad rough leaves. This is very common in Woods and Groves, as about* Hampſted *and* Highgate *near* London.

Altiùs aſſurgit quàm Pulmonaria Gallorum: Caulis quoq; major eſt & rigidior, pluribus foliis veſtitus.

2. Hieracium fruticoſum latifolium glabrum *Park.* frut. latif. foliis dentatis glabrum *C. B.* Hieracii Sabaudi varietas prima, Erinus quibuſdam Matth. dicta *J. B.* *The ſmoother broad-leaved buſhy Hawkweed.* Propè ſtagnum *Hulswater* dictum in Weſtmorlandia.

Hoc à præcedente differt foliis brevi & vix conſpicua lanugine obductis; deinde maturiùs floret.

3. Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus *C. B.* *Park.* Intybaceum *Ger.* rectum rigidum, quibuſdam Sabaudum *J. B.* *Narrow-leaved buſhy Hawkweed.* In locis ſabuloſis & petræis inter frutices. Quantum memini Opii non obſcurum odorem exſpirat.

4. Hieracium murorum folio piloſiſſimo *C. B.* murorum Bauhini, quod eſt Pulmonaria Gallorum Lobelii *Park.* Pulmo-

Pulmonaria Gallica ſeu aurea latifolia *Ger.* Piloſella major quibuſdam, aliis Pulmonaria flore luteo *J. B. French or golden Lungwort.* In ſylvis, muris antiquis, & aggeribus umbroſis. Propè *Cuckfield* Suſſexiæ vicum in dumetis foliis maculis & lituris atro-rubentibus pulchrè variegatis obſervavimus.

5. Hieracium Pulmonaria dictum anguſtifolium. Pulmonaria Gallica ſeu aurea anguſtifolia *Ger. emac. Narrow-leaved golden Lungwort. Found in an old* Roman *Camp at* Sidmonton *not far from* Newberry. *Dr.* Johnſon *tells us that* Lobel & C. Bauhine *confound this with the former.* Vide *Ger. emac.*

6. Hieracium Pannonicum latifolium primum *Cluſ.* 1. latifolium Cluſii *Ger.* latif. Pannonicum, ſeu 1. Cluſii *Park.* Alpinum latifolium hirſutie incanum, magno flore *C. B.* Pannonicum latifolium 1. Cluſio, Piloſellæ majori vel Pulmonariæ luteæ accedens, maculatum & non maculatum *J. B. Broad-leaved Hungarian Hawkweed.* Hæc eſt ſpecies illa quam in *Cat. Ang.* Hieracium montanum non ramoſum, caule aphyllo, flore pallidiore denominavi, minùs rectè, nam caulis unum non rarò emittit ramulum: in *Hiſt. plant.* pro Dentis leonis ſpecie habui ab Hieracio Pannonico diverſa: verum cùm cultum viderim in horto *D. Dale*, genuinam Dentis leonis ſpeciem non eſſe agnovi, ſed idem planè cum Hieracio Pannonico latifolio 1. *Cluſ. Found on the banks of the Devils ditch between* Cambridg *and* Newmarket: *alſo on* Bartlow Hills *by Mr.* Dale.

Hieracium villoſum Alpinum latifolium magno flore *Park. C. B.* hirſuto folio 5. Cluſii, quodammodo incanum *J. B. Broad-leaved hairy Mountain-Hawkweed with a large flower.* Paſſim in editioribus Venedotiæ & Poviſiæ rupibus. *D. Lloyd.*

Hieracium montanum 6. Cluſii *Ger. emac.* montanum anguſtifolium *Park.* montanum anguſtifolium nonnihil incanum *C. B.* montanum 6. Cluſio anguſtifolium *J. B. Narrow-leaved Mountain-Hawkweed.* Ad ſummitatem montis y Glyder propè *Lhan Berys. D. Lloyd.*

Piloſellæ majoris ſeu Pulmonariæ luteæ ſpecies magis laciniata *J. B.* Hieracium murorum laciniatum minùs piloſum *C. B. Golden Lungwort with more jagged leaves.* Saxis grandioribus & collapſis rupibus vallis Perillanæ innaſcitur.

Hiera-

Hieracium fruticosum Alpinum latifolium minus, uno vel altero flore. *On the higher Rocks about Llan-Berys plentifully. Mr. Lloyd.* Hujus specimen ad me missum caule erat dodrantali, tereti, pluribus foliis Hieracii fruticosi vulgaris similibus, sed multò minoribus vestito, unico alteróve in summo flore luteo, mediocri.

§. Pilosella repens *Ger.* minor vulgaris repens *Park.* major repens hirsuta *C. B.* majori flore, seu vulgaris repens *J. B. Common creeping Mouse-ear.* In pascuis siccioribus ubique Junio & Julio mensibus floret. Foliis integris pilis rigidiusculis obsitis, Flagellis reptatricibus à Pulmonaria Gal. (quacum semine parvo nigro convenit) reliquísque Hieraciis distinguitur. Floribus in singulis cauliculis nudis singulis cum Dente leonis concordat, ut nisi tota facie ad reliquas Pilosellas accederet, pro repente Dentis leonis specie haberi posset.

§. Dens leonis ab Hieracio floribus in singulis caulibus singulis differt.

1. Dens leonis *Ger.* vulgaris *Park.* latiore folio *C. B.* Hedypnois seu Dens leonis Fuchsii *J. B.* Aphaca ex olerum genere Theophrasti 7. Hist. 10. *C. B. Jo. Bod.* Urinaria, Gallis pueris Lectiminga *Ad. Lob. Dandelion.* In pascuis frequentissimum Vires vide *Hist. nost.* p. 244.

2. Dens leonis angustioribus foliis *Park. Narrow-leaved Dandelion.* Cum priore, à quo differt foliis paucioribus & angustioribus, profundiùs laciniatis, semine etiam ruffo, cùm illius citrinum sit.

3. Dens leonis hirsutus λεοντόδονλος, Hieracium dictus. Hieracium caule aphyllo hirsutum *J. B.* Dentis leonis folio hirsutum *Ger.* asperum flore magno Dentis leonis *C. B.* asperum foliis & floribus Dentis leonis bulbosi *Park. Rough Dandelion, commonly called Dandelion Hawkweed.* Floret omnium quæ apud nos sponte oriuntur Hieraciorum primum, mense sci. Maio, ésque in pratis & pascuis ubique frequens. Icon quam adhibent hujus plantæ *Ger.* & *Park.* nimirum Hieracii foliis & floribus Dentis leonis bulbosi *Lob. ico.* ei minimè convenit.

§. Tragopogon insigni notâ à reliquis papposis lactescentibus differt, quòd calycis floris radii ipsius folia seu petala longitudine excedant: folia herbæ graminea imitantur.

Tragopogon luteum *Ger. Park. parad.* flore luteo *J. B.* pratense luteum majus *C. B. Yellow Goats-beard, Go-to bed at noon.* In pratis & pascuis. Vires vid. *Hist. nost.* p. 252.

Tra-

Tragopogon purpureum in Anglia ſponte provenire Gerardo non credimus.

Herbæ flore planifolio naturâ pleno lacteſcentes ſeminibus ſolidis.

§. Cichorium Græcis varie ſcribitur, vel κιχόρειον cum ει diphthongo, quod ſecutus eſt Horatius in verſu illo Alcmanico *Me Cichorea levéſque Malvæ:* vel Κιχόριον cum ſimplici ι, unde Latinè variè poteſt efferri, penultimâ vel productâ, vel correptâ. Nota qua à reliquis planifoliis lacteſcentibus differt ſunt flores è lateribus caulium & ramorum exeuntes velut ſpicatim, non ut in aliis eoſdem terminantes.

Cichoreum ſylveſtre *Ger. emac. Park. II.* i.e. ſylveſtre ſive Officinarum *C. B.* Cichorium ſylveſtre & ſativum *J. B.* qui aſſerit hoc ab illo non aliter differre quàm culturâ; & ſativum ſi non colatur fieri ſylveſtre. *Wild Succory.* Secus vias & ſemitas locis incultis, & in agrorum limitibus. Vires vide *Hiſt. noſt.* p. 255.

§. Lampſana floribus caules & ramulos terminantibus cum Hieracio convenit, à Cichorio differt: ſeminibus ſolidis ſeu pappo deſtitutis cum hoc convenit, ab illo diverſum eſt.

Lampſana *Ger. emac.* vulgaris *Park.* Lamp. Dodonæi *J. B.* Soncho affinis Lamp. vulgò ſed malè I. ſeu Soncho affinis Lamp. domeſtica *C.B. Nipplewort.* In hortis & cultis frequentiſſima eſt, Junio ac Julio florens.

GENUS QUINTUM.

Herbæ flore compoſito, ſemine pappoſo non lacteſcentes, flore diſcoide.

§. Tuſſilago *Ger. J. B. Park.* vulgaris *C. B.* Chamæleuce Plinii *Bod. à Stapel in Theoph. hiſt.* quòd folia ſubtus albicent. Bechion *Common Coltsfoot.* In locis humidis & ubi aquæ ſubſunt. Vires vide *Hiſt. noſt.* p. 259.

Notæ Tuſſilaginis ſunt flores folia antevertentes & brevi marceſcentes, in ſingulis cauliculis ſinguli, radiati: folia ſubrotunda, ſubtus incana.

§. Petaſites *Ger.* vulgaris *Park.* major & vulgaris *C.B.* vulgaris rubens, rotundiore folio *J. B. Butter-bur, Peſti-*

lent-

lent-wort. In humidis propè fluminum ac lacuum ripas.

Notæ hujus ſunt flores folia antevertentes in eodem caule plures in thyrſum diſpoſiti, nudi, brevi cum caulibus exareſcentes. Folia ſubrotunda Bechii, ſed majora. Vires vide *Hiſt. noſt.* p. 260.

§. Conyza eſt herba odorata, hirſuta & glutinoſa, foliis integris, flore radiato.

1. Conyza media *Ger.* media Aſteris flore luteo, vel tertia Dioſcoridis *C. B.* media Matthioli, flore magno luteo, humidis locis proveniens *J. B.* Herba Dyſenterica *Cat. Altdorf. Middle Fleabane.* In aquoſis & ad rivos.

Loco natali, floris amplitudine, odore ſaponis à reliquis Conyzis diſtinguitur.

2. Conyza minor *Matth.* minima *Ger. emac.* mediæ minor ſpecies flore vix radiato *J. B.* minor flore globoſo *C. B. Small Fleabane.* In locis ubi per hyemem aquæ ſtagnârant. Parvitate ſua & floribus vix radiatis à præcedente facilè diſtinguitur, cum quo convenit floribus poſt natis ſupra primigenios eminentibus, ramulis ſci. quorum faſtigiis inſident medio caule altiùs aſſurgentibus, ut in Gnaphalio vulgari.

3. Conyza foliis laciniatis *Ger. emac.* aquatica laciniata *C. B.* helenitis foliis laciniatis *Park. Jagged marſh Fleabane. In the Fen ditches about* Marſh *and* Chatterefs *in the Iſle of* Ely: *alſo in the ditches about* Pillin-moſs *in* Lancaſhire *plentifully; and in marſhy places about* Aberavon *in* Merioneth-ſhire *in* Wales.

Variat interdum foliis integris ſeu non laciniatis, quæ fortaſſe Conyza helenitis mellita incana Lobelii. Vid. *Hiſt. noſt.* p. 263.

Foliis laciniatis à reliquis Conyzis differt, & ad Jacobæam accedit.

§. Aſter nobis cenſetur Herba flore compoſito in pappos abeunte, inodora, foliis integris & indiviſis, innoxia.

1. Aſter maritimus flavus, Crithmum Chryſanthemum dictus. Crithmum chryſanthemum *Park. Ger.* maritimum flore Aſteris Attici *C. B.* marinum tertium Matthiolo, flore luteo Buphthalmi *J. B. Golden-flowered Sampire.* In maritimis, ſed non ità frequens. *I have obſerved it on a Marſh near* Hurſt Caſtle *over againſt the Iſle of* Wight *plentifully, on the Rocks at* Llandwyn *in* Angleſey; *and on the bank of the*

the River just above Fulbridg *at* Maldon *in* Essex *found by Mr.* Newton. Folia huic crassa, in extremo incisa.

2. After maritimus cœruleus, Tripolium dictus. Tripolium majus & minus *J. B.* vulgare majus & minus *Ger.* majus sive vulgare & minus *Park.* majus cœruleum & minus *C. B.* cum enim non aliter quàm magnitudine differant, non est cur separem. *Sea-Starwort, the greater and lesser.* In salsis maritimis ubique. Tripolium flore nudo circa Bristolium copiosum observavi.

3. Jacobæa Pannonica folio non laciniato *J. B.* angustifolia *Ger. emac.* angustifolia Pannonica non laciniata *Park.* montana lanuginosa angustif. non laciniata *C. B. Mountain Ragwort with an undivided leaf. On Gogmagog Hills,* Newmarket heath, *the Devils ditch and other like places.* In Hist. nostra Jacobæam montanam non laciniatam nostratem à Pannon. folio non laciniato separamus, sed malé.

§. Conyza cœrulea acris *C. B. Ger. emac.* odorata cœrulea *Park.* Senecio sive Erigeron cœruleus, aliis Conyza cœrulea *J. B. Blew-flowered sweet Fleabane.* In sterilioribus & siccioribus pascuis frequens oritur. Ad Asteres vel Conyzas referri potest.

Conyza annua, acris, alba, Linariæ foliis Boccon. Circà Londinum, & aliis in locis frequens occurrit, sed certè non Indigena; hoc copiæ seminis pappescentis debetur, quod facile vento huc illuc impellitur. Ex observ. *D. Tancred Robinson M. D.*

§. Helenium *Ger.* vulgare *C. B.* Helenium sive Enula campana *Park. J. B. Elecampane.* In pratis & pascuis humidioribus, sed rariùs. Partium omnium magnitudine, radices etiam sapore amaro & aromatico à reliquis papposis integrifoliis differt. Vires vid. *Hist. nost.* p. 273.

§. Virga aurea *Ger.* aurea vulgaris *Park.* aurea 4. sive angustifolia minùs serrata *C. B. Golden Rod.* In ericetis & montosis sylvis ac saltubus Vires vide *Hist. nost.* p. 278. Cæterùm Virga aurea Asteris species videtur floribus parvis aureis, pluribus simul in summis caulibus in thyrsos aut corymbos umbellásve congestis.

2. Virgæ aureæ sive Solidagini angustifoliæ affinis, Lingua avis Dalechampii *J. B.* Conyza palustris *Park.* palustris serratifolia *C. B. Marsh Golden Rod or Consound, by some Marsh Fleabane or Birds-tongue.* In fossis palustribus earúmque aggeribus in insula Eliensi, sed rariùs. *We observed it near* Stretham Ferry.

Virga aurea montana, folio angusto subincano, flosculis conglobatis. *Narrow-leaved Mountain Golden-Rod with a hoary leaf and conglobate flowers.* In pascuis ad summitatem montis *y Glyder* copiose. An verò species distincta sit à vulgari, an potiùs ejusdem varietas ulteriori examini relinquimus. *D. Lloyd.*

§. Gnaphalium montanum album *Ger.* montanum, sive Pes cati *Park.* montanum 1. seu montanum flore rotundiore *C. B.* Pilosella minor quibusdam, aliis Gnaphalii genus *J. B. Mountain Cudweed, or Catsfoot. On* Newmarket-heath *not far from* Bottesham Beacon *plentifully: also on* Bernak-heath *in* Lincolnshire, Ingleborough-hill *in* Yorkshire; Plimllimon *in* Wales, *and many others.*

§. Jacobæa à cæteris papposis non lactescentibus foliis laciniatis, floribus flavis radiatis in umbellas digestis differt.

1. Jacobæa vulgaris *J. B.* vulgaris major *Park.* vulgaris laciniata *C. B.* Jacobæa *Ger. Common Ragwort, Seggrum.* In pascuis, præsertim humidioribus, inque incultis & ad vias passim.

2. Jacobæa Senecionis folio incano perenne. An Jacobæa vulgaris minor *Park.? Hoary perennial Ragwort, with Groundsel leaves.* In pascuis, præsertim inter vepres, inque sepium aggeribus.

3. Jacobæa latifolia palustris sive aquatica. An Jacobæa latifolia *J. B.?* An Pannonica latifolia *ejusdem?* i. e. latifolia *Ger.* latifolia Pannonica prima *Park.* Alpina laciniata flore Buphthalmi *C. B. Broad leaved Marsh, or Water-Ragwort.* Ad fossas & in aquosis ubique.

Foliis latioribus & pæne integris; floribus in summis caulibus paucioribus & magis sparsis, locóque natali à præcedentibus differt.

§. Senecio à Jacobæa quacum foliis laciniatis convenit, floribus nudis seu non radiatis distinguitur.

1. Senecio vulgaris *Park.* minor vulgaris *C. B.* vulgaris sive Erigeron *J. B.* Erigeron *Ger. Common Groundsel, or Simon.* In locis cultis, arvis, hortis, areis ubique. Vires vide *Hist. nost.* p. 290.

2. Senecio hirsutus viscidus major odoratus *J. B.* incanus pinguis *C. B.* fœtidus *Park.* Erigeron tomentosum *Ger. emac. Cotton Groundsel, or strong-scented Groundsel.* In arenosis passim. *On the Fen-banks in the Isle of* Ely *plentifully.*

§. Bac-

§. Baccharis Monſpelienſium *Ger. Park.* Conyza major Matthioli, Baccharis quibuſdam *J. B.* Conyza major vulgaris *C. B. Great Fleabane or Plowmans Spikenard.* In montoſis & ſiccioribus ſecus vias & in aggeribus. Seriùs & ſub Autumnum floret ſeménque maturat.

Floribus nudis, foliis integris, odoratis, ſapore acri & amaro, necnon magnitudine ſua à reliquis hujus generis diſtinguitur. De hujus viribus nihil certi traditur.

§. Eupatorium cannabinum *Park. C. B.* cannabinum mas *Ger.* adulterinum *J. B.* Avicennæ creditum *Geſn.* Herba S. Kunigundis Trag. *Common Hemp-Agrimony or Dutch Agrimony.* Ad fluminum & rivulorum ripas, ſcrobium & ſtagnantium aquarum margines. Vires vid. *Hiſt. noſt.* p. 293.

Foliis digitatis, floribus nudis purpureis à congeneribus differt.

§. Gnaphalio ſolia tomento obducta, ut nomen indicat, flores nudi, floſculis eos componentibus præ parvitate vix conſpicuis.

1. Gnaphalium maritimum *C. B.* maritimum multis *J. B.* marinum *Ger.* marinum ſeu Cotonaria *Park. Sea-Cudweed or Cotten-weed. We found it plentifully on the Sand near* Abermeney-Ferry *in the Iſle of* Angleſey, *where the common people call it* Calamus aromaticus; *alſo on the gravelly ſhore between* Penſans *and St.* Michael's *Mount in* Cornwal. Foliis latis in rotundum deſinentibus, floribus ſpecioſis, odore aromatico, & loco natali à reliquis Gnaphaliis abundè diſtinguitur.

2. Gnaphalium Anglicum *Ger.* Anglicum vulgare majus *Park.* ejuſdémque majus Germanicum. Gnaph. majus anguſto oblongo folio, & majus anguſto oblongo folio alterum *C. B.* Nam & ipſe hoc, inquit, cùm à priore parum differat, qui voluerit idem dicat. Gnaphalium rectum *J. B. Long-leaved upright Cud-weed.* In paſcuis ſolo arenoſo & inter Geniſtas non infrequens eſt. Staturâ elatiore, caulibus rectis, foliis longis, capitulis ſecundùm caules è foliorum alis exeuntibus ab aliis diſcretu facile eſt.

3. Gnaphalium minus ſeu Herba impia *Park.* vulgare majus *C. B.* Germanicum *J. B.* Filago ſeu Herba impia *Ger. Common Cudweed.* In ſiccioribus, ſterilioribus & viis publicis paſſim. Globulis è pluribus floribus coaggeſtis, iſſque quæ in

ſummis ramulis ſunt ſupra medium quod in ſupremo caule eſt altiùs aſcendentibus à reliquis diſtinguitur.

4. Gnaphalium minimum *J. B.* item Gnaph. vulgare tenuifolium *ejuſdem.* Filago minor *Ger.* Gnaph. minus repens *C. B.* malè, non enim repit ſed erigitur. *The leaſt Cudweed.* In arenoſis & glareoſis, nec rarò inter ſegetes. Parvitate ſua, & florum globulis minoribus, éque paucioribus floſculis compoſitis à præcedente differt.

5. Gnaphalium longifolium humile ramoſum, capitulis nigris *nobis.* An Gnaphalio vulgari ſimilis *J. B?* vulgare ſive 2. *Ger?* medium *C. B?* Filago minor *Park.* *Black-headed, long-leaved, low, branched Cudweed.* In ſcrobibus ſiccis & locis ubi per hyemem aquæ ſtagnârant.

GENUS SEXTUM.

Herbæ flore ex floſculis fiſtularibus compoſito, ſive Capitatæ.

§. CArduus foliis aculeatis ſeu ſpinoſis à reliquis capitatis differt. Eſt vel ſpinulis mitioribus & minùs pungentibus Cirſium dictus, cujus duæ in Anglia ſpecies habentur, vel crebrioribus & rigidioribus.

1. Cirſium Anglicum *Ger. emac. Lob.* Anglicum primum *Park.* Anglicum radice Hellebori nigri modo fibroſa, folio longo *J. B.* majus ſingulari capitulo magno, vel incanum variè diſſectum *C. B.* perperam, cùm nec capitulo magno ſit, nec foliis variè diſſectis. *The Engliſh ſoft or gentle Thiſtle.* In paluſtribus frequens Junio menſe floret. Radice eſt reptatrice.

2. Cirſium Britannicum Cluſii repens *J. B.* aliud Anglicum *Park.* ſingulari capitulo ſquamato vel incanum alterum *C. B.* *The great Engliſh ſoft or gentle Thiſtle or Melancholy Thiſtle.* Folia huic ſupernè virent, ſubtus albicant. Magnitudine ſua à præcedente differt. In montoſis agri Eboracenſis & Weſtmorlandici reperitur.

3. Cirſium

3. Cirſium humile montanum Cynogloſſi folio polyanthemum. An Carduus mollis Helenii folio *Park?* In ſummis rupibus Arvoniæ, v. g. Clogwyn y Garnedh yſcolion duon, &c. Carduus mollis folio Lapathi Cluſii huic perſimilis eſt, niſi quod folia ſint ſubtus incana & ad baſin latiora. *D. Lloyd.*

4. Cirſium montanum polyanthemum Salicis folio anguſto denticulato. Hanc prioris varietatem potiùs quàm ſpeciem diſtinctam tantum non ſuſpicor: alii diligentiùs conferant. *D. Lloyd.*

Cardui ſpinis crebrioribus & rigidioribus.

1. Carduus nutans *J. B.* Cirſium tertium, tota ſua ſtirpe magis ſpinoſum *Dod.* Carduus moſchatus *Ger.* moſchatus capite nutante magno. *Musk-thiſtle, with a bending Head.* In incultis & requietis agris.

2. Carduus caule criſpo *J. B.* polyacanthos *Park.* polyacanthos primus *Ger. emac.* Aculeoſa Gazæ *Ad* & Polyacantha *Tab.* ex ſententia Johnſoni. *Thiſtle upon Thiſtle.* In aggeribus foſſarum ad ſepes & inter vepres. Caule elatiore, & capitulis minoribus vix nutantibus à præcedente diſtinguitur.

3. Carduus ſpinoſiſſimus capitulis minoribus *P. B.* polyacanthos Theophraſti *Lugd.* polyacanthos ſecundus *Ger. emac.* ſylveſtris 3. *Dod.* An Carduus Acanthoides *J. B.? Welted Thiſtle with ſmall Flowers.* In aggeribus foſſarum & locis ruderatis, non tamen valdè frequens. Folia ad radicem primò erumpentia Cardui lactei aliquatenus ſimilia ſunt: Flores parvi, pallidè purpurei, in ſummo caule conferti.

4. Carduus paluſtris *C. B. Park.* polyacanthos 3. *Ger. emac.* An Onopyxos alter *Lugd? Marſh Thiſtle.* In paluſtribus & pratis humidis oritur, humanam altitudinem ſuperans, quibus notis à congeneribus ſatis diſtinguitur.

5. Carduus vulgatiſſimus viarum *Ger.* ceanothos ſive viarum & vinearum repens *Park.* vinearum repens folio Sonchi *C. B.* item Carduus in avena proveniens *ejuſdem:* ſerpens lævicaulis *J. B. Common Way-Thiſtle, or rather creeping Thiſtle.* In arvis nimis frequens, nec rarus in paſcuis & ad vias. Profundè ſub terra repit; quâ notâ ab aliis congeneribus facilè diſtinguitur.

6. Carlina acaulis minore purpureo flore *C. B.* acaulis minor purpureo flore *Ger. emac.* acaulis Septentrionalium *Park.* Chamæleon exiguus Tragi *J. B. Dwarf Carline-Thiſtle.* In montoſis ſiccioribus & petroſis locis. Caulis carentia ſeu brevitate ſatis innoteſcit.

7. Carduus lanceatus *Ger* lanceatus latifolius *C. B.* lanceatus latifolius seu major *Park.* lanceolatus seu sylvestris Dodonæi *J. B. Spear-Thistle.* In incultis & ad sepes ubique ferè. Hujus notæ capitula magna, foliorum laciniæ extremæ in longos mucrones productæ.

8. Carduus tomentosus Corona fratrum dictus *Park.* item Carduus tomentosus Anglicus *ejusdem.* Card. capite tomentoso *J. B.* eriocephalus *Ger. emac.* ejusdémque Card. globosus capitulo latiore. Card. capite rotundo tomentoso *C. B.* ejusdémque Card. tomentosus capitulo majore. *Woolly-headed Thistle.* In montosis, interdum & campestribus. Concinna foliorum divisura & capitulis tomentosis à priore differt, quo etiam multò rarior est.

9. Carduus Mariæ *Ger.* Mariæ vulgaris *Park.* Marianus seu lacteis maculis & lineis notatus *J. B.* Card. albis maculis notatus vulgaris *C. B. Common Milk-thistle or Ladies Thistle.* Ad agrorum margines & in aggeribus fossarum.

10. Carduus leucographus hirsutus capitulo minore *Morison.* Mariæ hirsutus non maculatus, n. d. *P. B. Ladies Thistle without spots.* Q. *Whether this be distinct from that shewn me near* Clarkenwel *by Mr.* George Horsenell?

11. Carduus tomentosus Acanthium dictus vulgaris; Acanthium vulgare *Park.* album *Ger.* inepte, si à floris colore, qui plerunque purpureus est. Spina alba sylvestris Fuchsio *J. B.* Spina alba latifolia tomentosa sylvestris *J. B. Common Cotton-Thistle.* Ad vias & in incultis.

12. Carduus stellatus *Ger. Dod* stellatus seu Calcitrapa *J. B.* stellatus, seu Calcitrapa vulgaris *Park.* stellatus 3. seu stell. foliis Papaveris erratici *C. B. Star-Thistle.* Juxta vias publicas & in sterilioribus.

§. Carthamus sive Cnicus *J. B. Ger.* Cnicus sativus *C. B. Bastard Saffron,* or *Saf-flower.* In agris seritur.

§. Serratula *J. B. C. B.* purpurea *Ger.* vulgaris flore purpureo *Park. Saw-wort.* In sylvis & pratis frequens. Foliis non spinosis à Carduo, iisdem serratis à Jacea differt.

§. Bardana major *Ger.* vulgaris major *Park.* Personata sive Lappa major aut Bardana *J. B.* Lappa major Arcium Dioscoridis *C. B. Great Burdock, Clot-burre.* Hujus notæ sunt capitula squamata, lappacea ob squamarum sci. mucrones adunco s; folia amplissima, unde & Personata dicta est. Vires v. de *Hist. nost.* p. 332.

2. Bar-

2. Bardana major altera *Ger.* major lanuginosis capitulis *Par.* altera cum capitulis villosis *J. B.* Lappa major montana capitulis tomentosis seu Arctium *C. B. Woolly headed Burdock.* Non in montanis duntaxat, sed & ad vias & in locis ruderatis cum præcedente passim. Hujus vires vid. *Hist. nost.* p. 332.

§. Cyani notæ sunt Folia non spinosa, capitula lævia, flosculi marginales minùs profunde dissecti, ore in latum expanso, ut infundibulum ferè imitentur.

Cyanus *J. B.* minor vulgaris *Lob. Ger. Park.* Cyanus segetum *C. B. Blewbottles.* Inter segetes.

Cyanus in hortis sata & culta non solùm flores edet cæruleos aut albos, sed & purpureos & carneos & varios seu albos medio purpureo aut cæruleo aut carneo. Vires vide *Hist. nost.* p. 322.

§. Jacea à Cyano differt figurâ flosculorum ex quibus totalis flos componitur, profundiùs sci. in longas & angustas lacinias divisis.

1. Jacea major *Ger.* itemque Scabiosa flore purpureo *ejusdem.* Jacea nigra vulgaris laciniata *Park.* Scabiosa major squamatis capitulis *C. B.* item Scab. major altera squamatis capitulis seu Jacea rubra latifolia laciniata *ejusdem.* Centaurium collinum Gesneri flore purpureo *J. B. Great Knapweed or Matfellon.* Inter segetes. Variat interdum floris colore albo.

2. Jacea nigra *Ger.* nigra vulgaris *Park.* nigra vulgaris capitata & squamosa *J. B.* nigra pratensis latifolia *C. B. Knapweed or Matfellon.* Post mediam plerunque æstatem floret; estque in pascuis nimis frequens.

In occidentali Angliæ parte hujus varietas occurrit nec minùs frequens quàm vulgaris, flore Jaceæ majoris, hoc est cum limbo seu circulo flosculorum majorum & longiorum in margine, Cyani in modum.

Hujus varietatis aliam adhuc varietatem observavit nobisq; ostendit Tho. Willisellus cum flore pleno, cujus flos totus componitur ex ejusmodi flosculis speciosis. Hæc etiam variat interdum floris colore albo.

GENUS SEPTIMUM.

Herbæ flore composito discoide, seminibus pappo destitutis Corymbiferæ *dictæ.*

§. BUphthalmum vulgare *Ger.* Dioscoridis *C. B.* Matthioli, sive vulgare Millefolii foliis *Park.* Chamæmelum Chrysanthemum quorundam *J. B. Common Ox-eye. I found this on a Bank near the River* Tees, *not far from* Sogburn *in the Bishoprick of* Duresm. Folia huic Millefolii ferè, flos Chrysanthemi.

§. Ptarmica *Ger.* vulgaris *Park.* vulgaris folio longo serrato, flore albo *J. B.* Dracunculus serrato folio pratensis *C. B. Sneezwort*, *Bastard Pellitory*, nonnullis *Goose-tongue* i. e. Lingua Anserina, à foliorum forma. Florum barbulæ medio disco concolores sunt: color autem albus: locus palustris aut pratensis humidior. Invenitur flore pleno.

§. Millefolium vulgare *Park.* vulgare album *C. B.* terrestre vulgare *Ger.* Mil. Stratiotes pennatum terrestre *J. B. Common Yarrow or Milfoil, and in some places Nose-bleed.* Ubique in pascuis.

Millefolium vulgare purpureum in pascuis freq. solo floris colore à præcedente differt, ideóque species diversa censenda non est. Vires vid. *Hist. nost.* p. 346.

Millefolii notæ sunt flores in umbellæ formam dispositi, barbulis medio disco concoloribus; folia tenuissimè dissecta.

§. Bellis sylv. minor *C. B* minor sylv simplex *Park.* minor 4. seu sylvestris, & 5. seu sylvestris altera *Ger.* minor sylvestris spontanea *J. B. Common Wild Daisie.* In pratis & pascuis per totum annum floret.

Florum barbulæ diversi à medio coloris; caules nudi monanthes hanc à reliquis distinguunt. Vires vid. *Hist. nost.* p 349.

2. Bellis major *J. B. Ger.* major vulgaris seu sylvestris *Park.* major sylv. caule folioso *C. B.* Consolida media vulnerariorum *Lob.* Buphthalmum *Dod. The great Daisie or Ox-eye.* In pratis & pascuis. non rarò & inter segetes

Caules huic foliosi ramosi, flores speciosi albi, disco medio luteo, folia non laciniata, serrata.

§. 1. Chamæmelum *Ger.* quoad iconem, nam descriptio est Chamæmeli nobilis seu Romani, vulgare *Park.* qui vulgare cum nobili confundit. Vulgare leucanthemum Dioscoridis *C. B.* vulgare amarum *J. B.* In locis cultis & inter segetes.

Chamæ-

Chamæmelum flore pleno & *Chamæmelum flore nudo* hujus varietates ſunt. *The latter hath been found in* Tuthil-fields, Weſtminſter.

A Cotula fœtida differt odoris carentiâ, caule elatiore & majore, foliis viridioribus & in tenuiora ſegmenta diſſectis: à Chamæmelo Romano odoratiſſimo, quòd recto caule aſſurgat, quodque annuum ſit & odore careat.

2. Chamæmelum odoratiſſimum repens flore ſimplici *J. B.* nobile ſeu odoratius *C. B.* Romanum *Ger.* Parkinſonus Chamæmelum odoratius ſeu Romanum cum vulgari in hortis noſtris cnlto & *Camomile* vulgò dicto imperite idem putat, cùm tamen Turnerus eum docere potuiſſet, Chamæmelum illud, quod in Anglia tam frequens habetur, ut non ſolùm hortenſe ſit, verùm etiam ſupra Londinum ſponte exeat in planitie Richmondiana & Brantfordiana, omniúmque copioſiſſimè in Hounſleiana, Romanum eſſe, non vulgare. *Sweet-ſcented creeping Camomile*, noſtratibus ſimpliciter *Camomile* dictum. In paſcuis uliginoſis, *In* Cornwal *ſo plentifully that you may ſcent it all along as you ride.* Horum vires vide *Hiſt. noſt.* p. 354.

3. Chamæmelum fœtidum *C. B.* Cham. fœtidum ſeu Cotula fœtida *J. B.* Cotula fœtida *Ger. Park. Stinking May-weed.* Chamæmelum inodorum ſeu Cotulam non fœtidam *J. B.* & aliorum, cùm ſolo narium judicio à Cotula fœtida diſcernenda ſit, ut affirmat *J. B.* non eſt cur diverſam ſpeciem ſtatuamus. Cæterùm varietatem hanc in Anglia nondum obſervavi; nam quam pro eâ olim habui, Chamæmelum vulgare amarum eſſe poſtea deprehendi.

§. Matricaria *Ger.* vulgaris *Park.* Matricaria vulgò, minus Parthenium *J. B.* Parthenium I. ſeu Matricaria vulgaris *C. B.* *Feverfew.* Ad ſepes & in locis ruderatis. Vires vid. 357.

Matricariæ notæ ſunt Flores velut in umbella, barbulis albis diſcum medium luteum ambientibus: Odor gravis.

§. 1. Eupatorium cannabinum fœmina *Ger.* aquaticum duorum generum *Park.* 2. ſeu Cannabina aquatica folio tripartito diviſo *C. B.* Verbeſina ſeu Cannabina aquatica flore minùs pulchro, elatior & magis frequens *J. B.* *Water-Hemp-Agrimony with a divided Leaf.* In paluſtribus & aquoſis, ubi aqua ſtat aut reſidet.

2. Eupatorium aquaticum folio integro *Park.* Eupat. cann. fœminæ varietas altera *Ger. emac.* Cannabina aquatica folio non diviſo *C. B.* Verbeſina pulchriore flore luteo *J. B.*

Water-

Water-Hemp-Agrimony with an undivided Leaf. Cum priore: verùm quæ apud nos oritur flore eſt nudo nec ullis barbulis cincto, ut eam deſcribunt Botanici.

Hujus notæ ſunt ſemen cornutum ſeu bidens, folia in caule bijuga, flores nudi.

§. Tanacetum *Ger.* vulgare *Park.* odoratum 1. ſeu vulgare luteum *C. B.* vulgare flore luteo *J. B. Common Tanſy.* In montoſis Angliæ Borealibus plurimum oritur; alibi etiam ſecus vias & in agrorum marginibus non infrequens.

Ejus Characteriſticæ ſunt flores nudi, flavi, in umbellæ formam digeſti, folia laciniata. Vires vid. p. 365.

§. Abſinthii notæ ſunt flores nudi, caulis indeterminatus, folia incana, amaror inſignis.

1. Abſinthium vulgare *Park. Lob.* vulgare majus *J. B.* latifolium ſeu Ponticum *Ger.* Ponticum ſeu Romanum Officinarum ſeu Dioſcoridis. *C. B. Common Wormwood.* In incultis & ruderatis locis ſecus vias publicas paſſim. Vires vid. *Hiſt. noſt.* p. 366.

2. Abſinthium marinum album *Ger.* Seriphium ſeu Marinum Anglicum *Park.* Seriphium Belgicum *J. B. C. B. Engliſh Sea-Wormwood.* In maritimis. Londino olim accepimus nomine Abſinthii Romani, unde Officinis pro eo habitum ſuſpicamur. Locus natalis, & folia valdè incana, & in tenues lacinias diſſecta, ſtatura etiam minor & caules non perennantes hanc ſpeciem à vulgari ſatis diſtinguunt.

§. Abrotanum campeſtre *C. B. Park. Ger.* Artemiſia tenuifolia ſeu leptophyllos, aliis Abrotanum ſylveſtre *J. B. Fine leaved Mugwort, by ſome Southern-wood.*

Duplex eſt, aliud cauliculis albicantibus, aliud rubentibus. *At a Place called* Elden *in* Suffolk, *twelve miles beyond* New Market *in the Way towards* Lynne, *on the balks of the Corn-Fields, and by the Way-ſides abundantly, for a mile in length and breadth; alſo a mile from* Barton *Mills, where a ſmall Stone ſtandeth in the Way to* Lynne, *to direct Paſſengers; and in the Furze-buſhes under the Hill plentifully obſerved by* Tho. Williſell.

Eſt autem Abrotanum herba corymbifera, caule indeterminato, flore nudo, fruticoſa, foliorum laciniis anguſtioribus longioribus minúſque incanis quàm Abſinthii.

§. Artemiſia vulgaris *J. B. Park.* vulgaris major *C. B.* Artemiſia mater herbarum *Ger. Mugwort.* Ad ſepes & agrorum margines. Non aliter differunt Artemiſia 1. & 2. *Ger.* h. e.

alba

alba & rubra *Park.* quàm caulis & florum colore, testibus *J. B. C. B.* & Johnsono apud Gerardum, unde pro diversis speciebus neutiquam sunt habenda. Vires vid. *Hist. nost.* p. 373.

Artemisiæ notæ sunt caulis indeterminatus; folia dissecta, subtus incana, superne viridia; odor & sapor remissior quàm Absinthio, flores purpurascentes, non ut in illo deorsum nutantes.

§ 1. Scabiosa major communior folio laciniato *J. B.* major vulgaris *Ger.* vulgaris pratensis *Park.* pratensis hirsuta, quæ Officinarum *C. B. Common Field Scabious.* Item Scabiosa flore pleno *Cat. Ang. Double-flower'd Scabious.* In pascuis frequens, nec minùs inter segetes.

Scabiosa à reliquis florem compositum obtinentibus herbis distinguitur, quòd flosculi florem totalem componentes, suis singuli calycibus, à flore delapso residuis donantur. Vires vid. *Hist. nost.* p. 374.

Scabiosam flore pleno dicimus quæ flosculos interiores ejusdem figuræ & longitudinis habet cum exterioribus; cujusmodi in pascuis non rarò occurrit.

2. Scabiosa minor vulgaris *J. B.* minor sive Columbaria *Ger.* minor campestris *Park.* capitulo globoso minor *C. B. The lesser Field Scabious.* In pascuis siccioribus & montosis. Variat floris colore carneo & albo.

3. Scabiosa radice Succisa, flore globoso. Succisa sive Morsus Diaboli *J. B.* Morsus Diaboli *Ger.* Diaboli vulgaris, flore purpureo *Park.* Succisa glabra *C. B. Divels bit.* In pratis & pascuis. Seriùs & sub Autumnum floret. Variat florum colore carneo & albo; interdum etiam foliis hirsutis invenitur. Vires vid. *Hist. nost.* p. 380.

§. Dipsaci notæ sunt caules spinosi, flosculi squamis disjuncti, singuli singulis seminibus insidentes in capitula congesti flores compositos imitantia; folia perianthiorum æmula, capitulorum bases cingentia.

1. Dipsacus sativus *J. B. C. B. Ger. Park.* Carduus fullonum *Lob. Manured Teasell.* Seritur apud nos frequens, nec vulgari diligentia colitur ad lanificia. Junio ac Julio floret, echinata capitula Augusto colligenda sunt.

Capitulorum squamis aduncis à sylvestri distinguitur. Vivid. *Hist. nost.* p. 382.

2. Dipsacus sylvestris seu Labrum Veneris *J. B.* sylv. aut Virga pastoris major *C. B.* Dips. sylvestris *Ger. Park. Wild Teasell.* In incultis, præsertim humidis, & ad sepes.

Cupita-

Capitulorum forma cum præcedente convenit, ſquamis ea componentibus in longos & rectos mucrones deſinentibus ab eodem differt.

3. Dipſacus minor ſeu Virga paſtoris *Ger. emac.* ſylv. catulo minore, vel Virga paſtoris minor *C. B.* Virga paſtoris *Park.* paſtoris vulgaris *J. B. Small Wild Teaſell or Shepherds rod.* In humidis & aquoſis, ad ſepes & rivulos.

In hac ſpecie foliorum in caule adverſorum baſes disjunctæ ſunt ſeu diſcretæ, capitula parva, globoſa.

§. 1. Eryngium vulgare *J. B.* vulgare & Camerarii *C. B.* mediterraneum *Ger.* Mediterraneum ſeu campeſtre *Park. Common Eryngo. On a Rock which you deſcend to the Ferry from* Plimouth *over into* Cornwal: *it was alſo ſent me by Mr.* Thornton, *who obſerved it not far from* Daventry *in* Northamptonſhire, *beſide the old* Roman *Way called* Watling-ſtreet, *near a Village called* Brookhall. *Obſerved by Mr.* Lawſon *on the ſhore called* Friar-gooſe *near* New-Caſtle *upon* Tine.

Foliis magis laciniatis & glaucis, locóque natali ab Eryngio maritimo diſtinguitur.

2. Eryngium marinum *Ger. Park. J. B. Park. Ad. Lob.* cui & Acanos Plinii. Maritimum & Geſn. hort. *C. B. Sea-Holly or Eringo.* In litoribus arenoſis.

Eryngiis notæ ſunt folia ſpinoſa; flores in ſummis caulibus & ramulis in capitula congeſti, quibus radiata ſubſunt folia, caules ſolidi & minimè ſpinoſi.

GENUS OCTAVUM.

Herbæ flore perfecto, ſeminibus nudis ſolitariis ſeu ad ſingulos flores ſingulis.

5. VALERIANA ſylveſtris major *Ger. C. B. Park.* ſylv. magna aquatica *J. B. Great Wild Valerian.* In humectis locis & propè aquas, inque ſylvis & dumetis.

Valerianæ noſtræ ſunt folia in caule bina adverſa, flores monopetali velut in umbella; ſemina ad ſingulos flores ſingula. Vires vid. *Hiſt. noſt.* p. 388.

2. Vale-

2. Valeriana ſylveſtris minor *Park. Lob.* minor *Ger.* paluſtris minor *C. B.* minor pratenſis vel aquatica *J. B. Small wild Valerian or Marſh Valerian.* In pratis humidis.

3. Valeriana ſylveſtris ſeu paluſtris minor altera. *The other ſmall wild or Marſh Valerian.* Cum priore, quâ omnibus ſuis partibus major eſt, exceptis floribus, qui quintuplo minores ſunt & denſiùs ſtipati quàm illius.

§. 1. Lactuca agnina *Ger. Park.* Valeriana campeſtris inodora major *C. B.* Locuſta herba prior *J. B. Lambs Lettuce or Corn-Sallet.* Inter ſegetes, in agris & hortis.

2. Lactuca agnina ſeu Valerianella foliis ſerratis. Locuſta altera foliis ſerratis *J. B.* An Valeriana ſylveſtris foliis tenuiſſimè diviſis *C. B.*? An Valeriana minor annua *Park.*? *Small Corn-Sallet or Valerian with jagged Leaves.* Inter ſegetes.

Lactuca agnina ſeu Valerianella à Valeriana differt caule dichotomo ſeu in binos ramos ſemper divaricato, ſeminibus non pappoſis.

§. Limonium *Ger.* majus vulgatius *Park.* maritimum majus *C. B.* majus multis, aliis Behen rubrum *Tom.* 3. *App. J. B. Sea-Lavender.* In ſalſis paluſtribus, ínque clivis maritimis.

A congeneribus diſtinguitur loco natali, & caulibus nudis ramoſis.

Aliam ſpeciem Limonii à Lobelio inventam in agris Colcéſtrenſibus propè mare memorat Parkinſonus: Gerardus quoque Limonium minus à ſe obſervatum ſcribit in clivis maritimis inſulæ *Thanet* propè *Margate.* Nos unicam duntaxat ſpeciem in Anglia ſpontaneam obſervavimus, quæ tamen magnitudine inſigniter variat ratione loci in quo oritur; major ſci. quæ in paluſtribus ſalſis, minor quæ in clivis & rupium fiſſuris.

§. Linaria adulterina *Ger. emac.* montana floſculis albicantibus *C. B.* Linariæ ſimilis *J. B.* Pſeudolinaria montana alba *Park.* Anonymos Lini folio *Cluſ. Baſtard Toadflax.* In montoſis cretaceis, *as upon* Gogmagog *Hills and* New-Market *Heath.* Notæ hujus ſunt folia Linariæ, flores in ſummis ramulis pentapetali, ſummo fructui inſidentes.

§. Agrimonia *Ger.* vulgaris *Park.* Agr. ſeu Eupatorium *J. B.* Eupatorium Veterum ſeu Agrimonia *C. B. Agrimony.* In agrorum marginibus & in paſcuis ad ſepes paſſim.

Hujus notæ ſunt folia pinnata, flores hexapetali fructui lappaceo inſidentes cui bini intus nuclei.

§. 1. Pim-

§. 1. Pimpinella vulgaris ſeu minor *Park.* hortenſis *Ger.* 7. ſeu ſanguiſorba minor hirſuta, & 8. ſeu minor lævis *C. B.* ſanguiſorba minor *J. B. Burnet.* In montoſis pratis & paſcuis, præſertim ſolo cretaceo, frequens invenitur. Vires vid. *Hiſt. noſt.* p. 401.

2. Pimpinella major vulgaris *Park.* ſylveſtris *Ger.* ſanguiſorba major *C. B.* Sanguiſorba major flore ſpadiceo *J. B. Great Burnet.* In paluſtribus & pratis humidioribus.

Pimpinellæ folia pinnata, flores ſpicati, ſemina quadrata, quibus inſident flores tetrapetali, ſtaminoſi.

§. 1. Thalictrum ſeu Thalietrum majus *Ger.* majus vulgare *Park.* majus ſiliqua angulosâ aut ſtriatâ *C. B.* nigrius caule & ſemine ſtriato *J. B. Meadow Rue.* In pratis, locis humidis & ad rivos. Vires vid. *Hiſt. noſt.* p. 404.

2. Thalictrum minus *Ger. Park. C. B.* minus ſeu Rutæ pratenſis genus minus ſemine ſtriato *J. B. The leſſer Meadow-Rue. On the chalkey Grounds about* New-Market, Linton, *and elſewhere on the Borders of* Gogmagog *Hills; alſo abundantly on the Mountains near* Malham *and* Settle *in* Yorkſhire.

3. Thalictrum montanum minus foliis latioribus *D. Lloyd. The leſſer Meadow-Rue with broader Leaves.* In declivibus montis Caderidris ex ipſis rupium fiſſuris emergit.

4. Thalictrum minimum montanum atro rubens foliis ſplendentibus. *The leaſt mountainous Meadow-Rue with ſhining Leaves and dark red Flowers.* In udis ſcopulis & ad rivulos in Alpibus Arvoniæ planta eſt vulgatiſſima. *D. Lloyd.*

Thalictri Characteriſticæ ſunt folia umbellatarum in modum diviſa, flores ſtaminoſi, ſemina ut in umbelliferis ſtriata.

§. 1. Fumaria vulgaris *J. B. Park.* non bulboſa 1. ſeu Officinarum & Dioſcoridis *C. B.* purpurea *Ger.* Capnos *Lob.* Herba melancholifuga *Cat. Altd. Fumitory.* In ſatis & aggeribus terrenis frequens.

3. Fumaria major ſcandens flore pallidiore. Fumaria altera *Cæſ. The greater ramping Fumitory.* In ſatis hortis & ad muros cum præcedente.

Fumariæ notæ ſunt folia Umbellatarum in modum diviſa: flores ſpicati ad papilionaceos accedentes, in calcar quoddam retrorſum producti, pediculo è media parte egreſſo hærentes. Vires vide *Hiſt. noſt.* p. 974.

GENUS

GENUS NONUM.

Umbelliferæ, & primùm semine lato & compresso seu foliaceo, aut alâ foliaceâ cincto.

Nota generalis umbellatarum est flos pentapetalos & ad singulos flores bina semina nuda simul juncta.

§. 1. SPhondylium *Ger.* vulgare *Park.* vulgare hirsutum *C. B.* Sphondylium quibusdam vel Branca ursina Germanica *J. B. Cow-Parsnep.* In pascuis & ad agrorum margines, ínque pratis & ad rivulos, humidioribus enim gaudet.

Hujus notæ sunt folia latissima, flores albi petalis cordatis.

2. Sphondylium majus aliud laciniatis foliis *Park.* Sphond. hirsutum foliis angustioribus *C. B.* An Sphond. crispum *J. B. Tab. Jagged Cow-Parsnep. Found by Dr.* Bowles *in* Shropshire. *Park.* Nos varietatem potiùs præcedentis esse quàm ab eo specie diversum arbitramur.

§. 1. Pastinaca sylvestris latifolia *C. B.* latifolia sylvestris *Park. Ger.* Germanica sylv. quibusdam Elaphoboscum *J. B. Wild Parsnep.* In agrorum marginibus. Non aliter quàm cultu à Sativa differre existimat J. Bauhinus.

2. Pastinaca latifolia sativa *Ger. Park. C. B.* sativa latifolia Germanica flore luteo *J. B. Common Garden Parsnep.* Seritur in agris & hortis. Vires vide *Hist. nost.* p. 410.

Hujus notæ sunt radices carnosæ esculentæ, folia pinnata potiùs triangulata, flores lutei.

§. Tordylium sive Seseli Creticum min. *Park.* Seseli Creticum min. *C. B.* Caucalis min. pulchro semine, sive Bellonii *J. B. Found by Mr.* Doody *about* Thistleworth. Ejus folia per conjugationes longo pediculo adnexa, subrotunda, serrata, aspera, pilosa. Semina peltata, fimbriâ candidâ crispâ vel granulatâ ambiente.

§. Peucedanum *Ger.* Germanicum *C. B.* minus Germanicum *J. B.* vulgare *Park. Hogs Fennel, Sulphurwort, Harestrong.* In fossis palustribus propè *Shoreham* in Sussexia: Ad Thamesim etiam fluvium copiosè provenire aiunt, ínque fossis palustribus maritimis propè *Walton* vicum non procul Harvico in Essexia.

Hujus

Hujus notæ ſunt folia in tenues lacinias tripartito diviſa & ſubdiviſa, latiores & longiores quàm Anethi.

Umbelliferæ ſemine & tumidiore & longiore.

§. Pecten Veneris *J. B.* Veneris, ſeu Scandix *Ger.* Scandix vulgaris, ſeu Pecten Veneris *Park.* Scandix ſemine roſtrato vulgaris *C. B.* *Shepherds-Needle or Venus-comb.* Inter ſegetes paſſim.

Seminibus in roſtrum productis, Geranii moſchati roſtra referentibus ab aliis umbelliferis abundè diſtinguitur.

§. Cicutaria vulgaris *J. B.* Myrrhis ſylveſtris *Park.* Sylveſt. ſeminibus lævibus *C. B.* Cicutaria alba Lugdunenſis *Ger.* *Wild Cicely, Cow-weed.* Ad ſepes, inque pomariis & paſſim ſub arboribus. Vere primo exit & Maio menſe floret.

Notæ hujus ſunt ſemina longa, glabra, per maturitatem nigra, folia magna Cicutæ ſed latiora.

§. Cerefolium ſylveſtre *Ger.* *Park.* Chærophyllum ſylveſtre *C. B.* Anthriſcus Plinii quibuſdam, ſemine longo Cicutariæ aut Chærophylli *J. B.* *Wild Chervill.* Ad ſepes.

Caulis medullâ repletus cavitatem non habet: cùm floret planta caules infra genicula in nodos inſignes intumeſcunt: ſemen oblongum, tenue, ſulcatum.

§. Meum *Ger.* vulgatius *Park.* 1. ſeu foliis Anethi *C. B.* Meu vulgare ſeu Radix urſina *J. B.* *Common Spignel or Meu. In* Weſtmorland *about two Miles from* Sedberg *in the Way to* Orton *abundantly in the Meadows and Paſtures, where it is known to all the Country People by the Name of Bald-money, or (as they pronounce it) Batwd-money: it is found alſo near* Dolgehle *in* Merionethſhire. Foliis conſtat omnium herbarum tenuiſſimis, quibus ut & ſemine magno oblongo ſtriato ab aliis congeneribus diſtinguitur. Vires vid. *Hiſt. noſt.* p. 432.

§. Angelica ſylveſtris *Ger.* *Park.* ſylv. major *C. B.* ſylv. magna vulgatior *J. B.* *Wild Angelica.* In aquoſis & ad rivulos paſſim, unde rectiùs Angelica aquatica diceretur.

Foliorum alis maximis, & ſegmentis ſeu partialibus foliis latiſſimis ab aliis pleriſque umbelliferis; floribus albis ab Angelica ſativa diſtinguitur.

Archangelica ſeu Angelica Tabernamontani ſeu Scandiaca *Hort. Bat.* ab hac diverſa eſt, ſiquidem flores luteoli ſunt. Archangelica *Dod. Clus.* huic eadem videtur, ſiquidem Angelica

lica ſylveſtris in montoſis naſcens longè major evadit.

2. Angelica ſylveſtris minor ſeu erratica *C. B.* ſylv. repens *J. B.* Herba Gerardi *Ger.* Podagraria vulgaris *Park. Herb Gerard, Goutwort or Aſhweed.* Ad ſepes, præcipuè hortorum, ubi reptatu ſuo odioſa eſt, nec facilè extirpari poteſt.

Foliis & odore Angelicæ, & inſigni reptandi licentia ab aliis umbelliferis diſcretu facilis eſt.

§. Hippoſelinum *Ger. emac.* Hippoſelinum ſeu Smyrnium vulgare *Park.* Macerone, quibuſdam Smyrnium, ſemine magno nigro *J. B.* Hippoſelinum Theophraſti vel Smyrnium Dioſcoridis *C. B. Alexanders.* In rupibus maritimis, *v. g.* in inſula *Preſtholm* prope Bellum Mariſcum primarium Angleſeiæ ſeu Monæ inſulæ Taciti oppidum: item in Scotiæ litoreis rupibus non procul Bervico. *About* Scarborough *Caſtle.* Officinis noſtris Olus Atrum dicitur; in tranſmarinis vulgò ſed falsò Petroſelinum Macedonicum: noſtratibus *Alexanders*, vulgò etiam in Italia & Germania Herba Alexandrina dicta eſt, vel quia ab Alexandria Ægypti urbe ad nos advehi ſolitum eſt, vel quia id vulgò creditum. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 437.

Foliis latiſſimis, ſemine per maturitatem nigro, ſtriato, tumido, majore, à reliquis Umbelliferis diſtinguitur.

§. Bulbocaſtanum *J. B.* majus & minus *Ger.* majus folio Apii *C. B.* Nucula terreſtris major *Park. Earthnut, or Kipper-nut, and by the Vulgar Pignuts*, quia à ſuibus appetuntur, *and in ſome places Hawknut*, cujus nominis rationem non aſſequor. In paſcuis ſolo arenoſo aut glareoſo frequentiſſima habetur. D. Magnol in Botan. Monſp. duas ſpecies diſtinguit, majorem & minorem; nos in Anglia unam hactenus duntaxat obſervavimus. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 440.

Radice tuberoſa eſculenta, foliis tenuiùs inciſis, ſemine longiuſculo glabro ab aliis Umbellatarum generibus facilè diſtinguitur.

§. Oenanthe aquatica *C. B.* paluſtris ſeu aquatica *Park.* item aquatica major *ejuſdem* p. 1232. Filipendula aquatica *Ger.* Oenanthe ſeu Filipendula aquatica *J. B. Water Dropwort.* In pratis humidis & ad rivulos ubique ferè.

Oenanthe aquatica radicibus tuberoſis, è multis glandulis compoſitis & loco natali, paluſtri ſci. & aquoſo, ab aliis umbellatarum ſpeciebus facilè diſtinguitur. Hæc ſpecies caulibus velut junceis, foliis in prætenues & longas lacinias diviſis, & umbellis diſjunctis à congeneribus differt.

2. Oenanthe aquatica minor *Park.* item Oenanthe juncoides minima *ejusdem* p. 895. *The lesser Water-Dropwort.* Cum priore. Auctor Parkinsonus.

3. Oenanthe Cicutæ facie Lobelii *Park.* Chærephylli foliis *C. B.* succo viroso. Cicutæ facie Lobelio *J. B.* Filipendula Cicutæ facie *Ger. Hemlock-Dropwort.* Non in Septentrionalibus duntaxat Angliæ, Westmorlandia sci. & Eboracensi comitatu, sed & in Meridionalibus, Surreia, Sussexia, *&c.* An venenosæ & malignæ sint hujus plantæ radices, ut contendit Lobelius, nonnullos dubitare video, nec dum nobis constat. Vid. Hist. nost. p. 441.

§. 1. Sison seu Officinarum Amomum *J. B.* Sison quod Amomum Officinis nostris *C. B.* vulgare, vel Amomum Germanicum *Park.* Petroselinum Macedonicum Fuchsii *Ger. Bastard Stone-Parsley.* Locis humectis & lutosis nascitur, unde & in fossarum aggeribus recentioribus.

2. Selinum Sii foliis *Ger. emac.* Selinum Segetale *Park. Honewort or Corn-Parsley.* Inter segetes solo præsertim humido aut lutoso.

Sii minoris species est, foliis ex pluribus pinnarum conjugationibus compositis, umbellis parvis in summis caulibus & ramulis: Præcedens major est, foliis è paucioribus pinnarum latiorum conjugationibus compositis, umbellis perexiguis pro plantæ modo & inæqualibus.

3. Sium majus latifolium *Ger. emac.* maximum latifolium *J. B.* Sium Dioscoridis seu Pastinaca aquatica major *Park. Great Water-Parsnep.* In fluviis majoribus locis vadosis & ad ripas. Magnitudine sua & cum Pastinaca latifolia sat. locoque natali, & semine parvo striato ab aliis congeneribus abundè distinguitur.

4. Sium erectum umbellatum sive Pastinaca aquatica *Lob.* majus angustifolium *Ger.* minus alterum *Park.* Umbelliferum *J. B. Common upright Water-Parsnep.* In rivulis & ad fluviorum ripas. Parvitate sua à præcedente satis distinguitur.

5. Sium umbellatum repens *Ger. emac. Creeping Water-Parsnep.* In rivulis & ad fluviorum ripas ubique.

A præcedente, cui magnitudine non cedit, umbellarum situ differt, quæ non ut in illa summos caules & ramulos terminant, sed secundùm caules ex adverso foliorum oriuntur brevibus pediculis: caules etiam in hoc procumbunt.

Hæc

Hæc planta noſtratium vulgo pro Naſturtii aquatici ſpecie habetur.

6. Sium minimum *Hiſt. noſt. The leaſt Water Parſnep.* In paluſtribus & aquoſis frequens Maio menſe floret. Deſcriptionem vid. Hiſt. noſt. p. 444.

Notatu dignum eſt in hac plantula, inque Sio maximo, quod folia primò erumpentia, & quæ aquis immerguntur, minutim inciſa ſunt, & in multas lacinias ſecta; poſteriora & quæ extra aquas ſunt, integra & Paſtinacæ latifoliæ foliorum æmula: Idem accidit Ranunculo aquatico folio rotundo & capillaceo *C. B.* cujus accidentis ratio nos fugit. Quin & obſervavimus in Sio latifolio maximo in fictili ſato extra aquas, radicem primo vere ejuſmodi folia tenuiter diſſecta & Oenanthes vulgaris foliorum æmula edidiſſe, poſtea lata & Paſtinacæ latifoliæ ſimilia. In aliis etiam aquaticis folia aquis merſa differunt figurâ ab iis quæ aquas ſuperant, ut v. g. in Sagittaria & Potamogitone latifolio. Conſule Hiſt. noſt. Append. in Emendandis.

§. 1. Pimpinella ſaxifraga *Ger.* ſax. hircina major *Park.* ſaxif. major umbellâ candidâ *C. B.* Saxifragia hircina major *J. B. Great Burnet-Saxifrage.* In ſylvis agro Cantabrigienſi & Bedfordienſi, Cantiano quoque & alibi in Anglia. In hoc genere folia interdum in lacinias diviſa nos quoque poſt Cluſium obſervavimus.

Pimpinellæ Saxifragæ notæ ſunt ſemen ſtriatum minus, folia Pimpinellæ pinnata, radix fervida. Hæc autem ſpecies magnitudine ſua & loco natali à reliquis diſcretu facilis eſt.

2. Pimpinella ſaxifraga minor foliis Sanguiſorbæ. Saxifragia hircina minor foliis Sanguiſorbæ *J. B.* Pimp. ſaxifraga major altera *C. B.* Pimp. ſaxifraga major noſtras *Park.* Præter rationem major dicitur. *The leſſer round-leaved Burnet-Saxifrage.* In paſcuis ſiccioribus, ſolo præſertim glareoſo.

3. Pimpinella ſaxifraga minor *C. B.* ſaxifraga hircina minor *Park.* an ſaxifraga minor noſtras *ejuſdem?* Bipinella ſeu Saxifraga minor *Ger. emac.* Saxifragia hircina minima, Pimpinella criſpa Tragi *J. B. Small Burnet-Saxifrage with undivided Leaves.* Cum priore, à qua non aliter differre videtur, quàm foliis in tenues lacinias diviſis.

Harum Vires vid. Hiſt. noſt. p. 445.

§. Carum ſeu Careum *Ger.* Carum vulgare *Park.* Caros *J. B.* Cuminum pratenſe, Carvi Officinarum *J. B. Carawaies.* In paluſtribus Lincolnienſibus, inque paſcuis depreſſis & pin-

guibus propè *Hull* oppidum in Comit. Eboracensi copiosè, & alibi etiam in pratis. Foliis pinnatis, pinnis in multas lacinias dissectis absque pediculorum interventu rachi mediæ adhærentes; seminibus parvis, oblongis, striatis, aromaticis, radice dulci esculenta innotescit.

§. Apium Scoticum & Apium marinum quibusdam *Newtoni*. Imperatoriæ affinis Umbellifera maritima Scotica *Sibbald. Prod. Scottish Sea-Parsley.* In tumulo quodam saxoso & arenoso ad mare sex ab Edinburgo milliaribus versus *Queens-ferry*, i. e. Reginæ trajectum. Folia Apii mont. aut Levistici, sed ramosiora, tripartito divisa & subdivisa, flores albi, semen fœniculaceum, Odor & sapor aromaticus ad Apium accedens.

§. Apium palustre seu Officinarum *C. B.* vulgare ingratius *J. B.* palustre seu Eleoselinum Veteribus *ejusdem.* Apium Officinarum seu Paludapium *Park.* Eleoselinum, Paludapium *Ger. Smallage.* In paludosis rivulis & fossis majoribus, præsertim ad mare.

Folia Petroselini majora, umbellæ in divaricatione caulis & ramorum brevibus pediculis insidentes, semina Petroselini minora, odor vehementior & ingratior, locus palustris ab aliis hanc distinguunt.

§. Sium alterum Olusatri facie *Lob. Ger. emac.* majus alterum angustifolium *Park.* Eruca folio *C. B.* Cicuta aquatica Gesneri *J. B. Long-leaved Water-Hemlock.* Circa paludes & stagnorum majorum margines v. g. Brereton *Mere in* Cheshire, *the great Water in* Lovingland *in* Suffolk; *the River* Trent *near* Abbots Bramley; *in a shallow Pool of Water on* Hounslow-Heath *by the Road-side, near the Town, and in some Pools of Water at* Thistleworth. Magnitudine sua, foliis in longas lacinias serratas tripartito divisis, & loco natali ab aliis hujus generis distinguitur.

§. 1. Cicuta *Lob. Ger.* major *C. B.* vulgaris major *Park.* Cicuta veteribus & neotericis *J. B. Hemlock.* Circa pagos & oppida, locis umbrosis & pinguibus propè fossas aggeresve agrorum. Magnitudine sua, caule maculato, & cavo; semine striato minore tumido, foliis multifariam divisis in minutas particulas, qualitate noxia & deleteria ab aliis congeneribus distinguitur.

2. Cicutaria tenuifolia *Ger.* Cicuta minor seu fatua *Park.* minor, Petroselino similis *C. B.* Cicutaria Apii folio *J. B. The lesser Hemlock or Fools Parsley.* In hortis oleraceis, arvis

arvis pinguioribus, aliisque locis cultis. A Cicuta differt quòd minor sit, quòd caule non maculoso, radice annua, odore non ingrato, quodque ad bases umbellarum partialium, ex quibus totales componuntur, foliola tria aut quatuor oblonga oriantur.

§. Cicutaria palustris *Lob. Ger.* palustris tenuifolia *Park. C. B.* Phellandrium vel Cicutaria aquatica quorundam *J. B. Water-Hemlock.* In aquis præsertim cœnosis, & rivis pigrioribus. Caule crassissimo, foliis amplissimis & multifariam in minutas particulas divisis, seminibus parvis oblongis striatis, locóque natali haud difficulter innotescit.

§. Saxifraga Anglica facie Seseli pratensis *Ger.* Seseli pratense nostras *Park.* Saxifragia Anglorum, foliis Fœniculi latioribus, radice nigra, flore candido, similis Silao *J. B. Meadow-Saxifrage.* In pratis & pascuis humidioribus. Hæc planta non dico similis est Silao seu Seseli pratensi Monspeliensium, sed ipsissima Silaus, ut nobis olim visum est; qua in sententia à *D. Tancr. Robinsono* confirmabar, qui datâ operâ plantas utrobique collectas inter se contendit. Nostræ autem Saxifragiæ prat. flos non candidus est, ut scribit J. Bauhinus, sed luteolus.

Notæ hujus sunt foliorum segmenta angusta acuta, flores ex luteo pallidi, semina brevia, striata, per maturitatem rufescentia.

§. Crithmum marinum *Ger. Dod.* marinum vulgare *Park.* Crithmum multis seu Fœniculum marinum *J. B.* Crithmum sive Fœniculum marinum minus *C. B. Sampire*, à Gallico *Sainct Pierre.* Galli enim & Itali Herbam S. Petri vocant. In clivis maritimis passim.

§. Fœniculum vulgare *Ger. Park.* vulgare minus, nigriore & acriore semine *J. B.* vulgare Germanicum *C. B.* item vulg. Italicum, semine oblongo, gustu acuto *ejusdem.* Item Fœniculum sylv. *ejusdem.* Hæc enim tria non aliter differunt quàm accidentibus à loco & cultura ortis. *Common Fennel or Finckle.* In aggeribus maritimis & clivis cretaceis in extremo Cornubiæ recessu, inque Sussexia ad occidentalem terminum paludis Pevensiæ. Vires v. Hist. nat. p. 457.

Fœniculi notæ sunt Folia obscurè viridia in longa & capillacea segmenta divisa, semina striata parva oblonga.

§. Peucedanum minus *Park. C. B phyt.* pumilum *Ger.* Peucedani facie pusilla planta *Lob.* Selinum montanum pumilum Clusii, foliis Fœniculi aut Peucedani, flore albo, semine Selini

J. B. Rock-Parsley. On S. Vincent's *Rock near* Bristol. Vid. Hist. nost. p. 461. Icon Clusii perbellè repræsentat caulem floribus onustum.

§. Apium petræum seu montanum album *J. B.* An Daucus montanus Apii folio minor à C. Bauhino in Prod. depictus. Pimpinella saxifraga hircina media Herbariis nostratibus, seu Daucus Selinoides *Cordi. Mountain Stone-Parsley, or a middle sort of Burnet-Saxifrage. On* Gogmagog *Hills in* Cambridge-shire.

Notæ hujus folia in alas oppositas, integra Pimpinellæ Saxifragæ folia imitantes, divisa; caulis canaliculatus magis quàm in ulla nobis hactenus animadversa umbellifera, Semina striata, hirsuta, summa parte rubentia.

§. 1. Pastinaca sativa tenuifolia *Ger.* tenuifolia sativa lutea *Park.* tenuifolia sativa, radice lutea vel alba *C. B.* sativa seu Carota lutea & alba *J. B. Yellow and white-rooted Carrot.* Seritur in agris.

Pastinaca sativa atro-rubens *Ger. emac.* sativa altera atro-rubens *Park.* tenuifolia sativa radice atro-rubente *C. B.* sativa seu Carota rubra *J. B. Red-rooted Carrot.* Cum priore: à quo non crediderim eum differre specie. Vires vid. Hist. nost. p. 465.

2 Pastinaca sylvestris sive Staphylinus Græcorum *J. B.* sylv. tenuifolia *Ger. Park.* sylv. tenuifolia Dioscoridis, vel Daucus Officinarum *C. B. Wild Carrot or Birdsnest.* In pascuis ubique. Folio lucido invenit *Th. Willisell* inter Dubrin & Margate in clivis maritimis, quam tamen à vulgari accidentaliter potiùs quàm specie distinctam arbitror.

§ 1. Caucalis tenuifolia flosculis subrubentibus *Hist. nost.* arvensis echinata parvo flore *C. B.* Lappula canaria flore minore seu tenuifolia *J. B.* Cauc. tenuifolia purpurea *Park.* Echinophora tertia λεπτόφυλλος purpurea *Col. Fine-leaved Bastard Parsley with a small purplish Flower.* Inter segetes tum alibi in Anglia, tum circa *Kingston* vicum agri Cantabrigiensis copiosè. Varietatem hujus cum spinulis echinorum purpureis *J. B.* observavi inter segetes circa Genevam.

Ab aliis Echinophoris semine magno distinguitur, foliis tenuius incisis subtus hirsutis, floribus minoribus subrubentibus Radiis umbellæ tribus, tres singulis fructus sustinentibus.

2. Caucalis arvensis echinata latifolia *C. B.* item Caucalis lato Apii folio *ejusdem*, ut nobis videtur, Lappula canaria latifolia

latifolia ſeu Caucalis *J B.* Caucalis Apii foliis, flore rubro *Ger.* Echinophora quarta πλατύφυλλος purpurea *Col.* arvenſis latifolia purpurea *Park.* item Caucalis Anglica flore rubente *ejuſdem.* Item Caucalis major ſaturè rubente flore *ejuſdem* & *cluſ. Purple-flower'd great Baſtard-Parſley.* Inter ſegetes in agro Cantabrigienſi & alibi.

Ab aliis echinophoris ſemine magno differt flore rubicundiore quam in ulla alia Umbelliferæ ſpecie hactenus obſervâſſe meminimus, foliis etiam in majores lacinias ſectis & velut pinnatis.

3. Caucalis minor floſculis rubentibus *Ger. emac.* minor flore rubente *Park.* ſemine aſpero, floſculis rubentibus *C. B.* Anthriſcus quorundam ſemine aſpero hiſpido *J. B. Hedge-Parſley.* In dumetis & ad ſepes: Julio & Auguſto floret.

Parvitate fructuum à præcedentibus differt, qui potiùs hirſuti & hiſpidi ſunt quàm aculeati, veſtibus tamen pertinaciùs adhæreſcunt.

4. Caucalis ſegetum minor, Anthriſco hiſpido ſimilis. *Hiſt. noſt.* Caucalis pumila ſegetum Goodyero *Ger. emac. Small Corn-Parſley.* Inter ſegetes.

Statura humiliore, cauliculis & ramulis tortuoſis magíſque ſparſis, flore pallidulo, ſemine majore, aliiſque accidentibus in Hiſtoria noſtra recenſitis, à præcedente differt.

5. Caucalis nodoſa echinato ſemine *C. B. Ger. emac. Park.* nodoſa echinato ſemine, Anthriſco hiſpido affinis, ſi non ejus varietas *J. B.* perperàm, longè etenim differt ab Anthriſco hiſpido. *Knotted Parſley.* Ad agrorum margines, & in aggeribus terrenis, maritimis præſertim, plurima.

Umbellæ ad caulium nodos ex adverſo foliorum breviſſimo pediculo inſident, ut eiſdem adhærere videantur: cauliculi in terram plerunque ſtrati.

6. Myrrhis ſylveſtris ſeminibus aſperis *C. B.* ſylv. Neapolitana atque etiam Anglicana *Park.* Cerefolium ſive Myrrhis nova Æquicolorum Columnæ *Ger. emac.* Cicutariæ quodammodo ſimilis vel Chærephyllo accedens *J. B. Small Hemlock-Chervil with rough Seeds.* In aggeribus & muris terrenis locíſque ruderatis.

Folia huic mollia, Cicutæ fere diviſurâ, pallidiora; Caulis Cicutæ, umbellæ ſecus foliorum alas Paludapii modo ſedent. Flores albi; Semina oblonga teretia, aſpera, cacumine oblongo.

Cæterùm Caucalis ſemine aculeato echinato aut hiſpido ab aliis Umbelliferis abundè diſtinguitur, ut alias notas conquirere non ſit opus.

§. Crithmum ſpinoſum *Ger.* maritimum ſpinoſum *C. B.* maritimum ſpinoſum ſeu Paſtinaca marina *Park.* Paſtinaca marina, quibuſdam Secacul & Crithmum ſpinoſum *J. B. Prickly Sampire or Sea Parſnep. Obſerved by Mr.* Lawſon *at* Roosbeck *in* Low-Fourneis *Lancaſhire.*

Folia ſpinoſa & locus maritimus, ſi aliæ notæ deeſſent, huic ad diſtinctionem ſufficerent.

Umbelliferæ foliis integris.

§. Perfoliata vulgaris *Ger. Park.* vulgatiſſima ſeu arvenſis *C. B.* Perf. ſimpliciter dicta, vulgaris annua *J. B. Thorowwax.* Inter ſegetes. Hujus plantæ ſolius ex nobis cognitis folia à caule perforantur, intellige folia ſingularia, nam in aliis folia bina adverſa continua caulis tranſadigit, ut v. g. Dipſaco & Centaurio luteo.

§. Auricula leporis minima *J. B.* An Bupleurum minimum *Col. Park.?* anguſtiſſimo folio *C. B.? The leaſt Haresear. I have obſerved this in divers Places, as near* Elleſley *in the Road from* Cambridge *to S.* Neotes: *on a Bank by the Northern Road a little beyond* Huntington: *at* Maldon *in* Eſſex *in the Marſhes by the Rivers ſide plentifully: at* Haſtings *in* Suſſex, *beſide the little Brook that runs by the Caſtle and elſewhere.*

Folia huic anguſta Caryophylleorum æmula.

§. Sanicula ſive Diapenſia *Ger.* vulgaris ſeu Diapenſia *Park.* San. Officinarum *C. B.* mas Fuchſii ſeu Diapenſia *J. B. Sanicle.* In ſylvis & ſepibus paſſim ſub finem Maii floret.

Flores in faſtigio caulis nudi velut in Corymbum diſpoſiti, cujus radiis inſident floſculi in globulum congeſti; ſemina lappulata; folia circumſcriptione ſubrotunda, in quinque lacinias altius inciſa. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 475.

GENUS

GENUS DECIMUM.

Herbæ ſtellatæ, ſic dictæ quia folia caules ad intervalla ſtellæ radiantis in modum ambiunt. Floribus ſunt monopetalis in quatuor ſegmenta totidem folia imitantia partitis, quorum ſingulis bina naturaliter ſuccedunt & ſubſunt ſemina.

§. RUbia erecta quadrifolia *J. B.* Apud alios Autores nulla ejus mentio quod ſciam. *Narrow-leaved Croſs-wort.* Prope *Orton*, *Winandermere*, & alibi in Weſtmorlandia & Septentrionalibus Angliæ montoſis.

Foliis anguſtis glabris; Floribus in cacumine caulis & ramorum confertis albis à Cruciata vulgari differt.

§. Cruciata *Ger.* vulgaris *Park.* hirſuta *C. B.* Gallium latifolium, Cruciata quibuſdam, flore luteo *J. B. Croſs-wort or Mugweed.* Ad ſepes & in dumetis.

Flores huic flavi, velut verticillatim ad caulium nodos è foliorum ſinubus exeunt: Folia lata, hirſuta, quaterna ſimul.

§. Rubia ſylveſtris aſpera quæ ſylveſtris Dioſcoridis *C. B.* ſylveſtris Monſpeſſulana major *J. B.* ſylveſtris *Park. Wild Madder.* Non tantùm in rupe S. Vincentii propè Briſtolium oritur, ſed etiam in rupibus propè Bedifordiam Devoniæ oppidum, & per totam ferè Devoniam in ſepibus copioſé.

Omnibus ſuis partibus minor eſt ſativa, foliis atro-virentibus, ad ſingulos nodos plerumque ſex, (unde nonnullis Rubia hexaphyllos dicitur) ſuperficie perenni.

§. 1. Mollugo vulgatior *Park.* Rubia anguloſa aſpera *J. B.* ſylveſtris lævis *C. B.* An Rubia ſylveſtris *Ger.?* Mollugo montana anguſtifolia, vel Gallium album latifolium *C. B. Wild Madder or great Baſtard Madder.* Ad ſepes & in dumetis frequens. Planta hæc mollior eſt & minùs aſpera quàm præcedens; flores albi numeroſiſſimi: magnitudine & caulium longitudine & ramulorum frequentia inſignis eſt.

2. Molluginis vulgatioris varietas minor *Park.* Gallium album *Ger J. B.* paluſtre album *C. B. White Ladies Bedſtraw.* In locis humidis & ad rivulos.

Folia

Folia in caulibus ſuperiora aſpera ſunt, non lævia, quo à proximè ſequenti differt. Floſculi plures ſimul conferti quaſdam quaſi umbellulas efficiunt, ut in Rubia cynanchica.

3. Mollugo montana minor Gallio albo ſimilis *Hiſt. noſt.* An Gallium album minus *C. B.*? Rubia quædam minor *J.B. Small Mountain Baſtard-Madder.*

Provenit hæc non in paluſtribus tantùm ſed & in montoſis magnâ copia. Parvitate autem ſua, glabritie caulium & foliorum, locóque natali à præcedente diſtinguitur.

§. Gallium luteum *C. B. Ger. Park.* Gallion verum *J. B. Yellow Ladies Bedſtraw, Cheeſe-rening.* In paſcuis ſiccioribus & colliculis ad agrorum margines.

Ab effectu lac coagulandi nomen adeptum Gallion, foliis tenuibus obſcuriùs virentibus, floribus luteis parvis à congeneribus differt. Vires vid. Hiſt. p. 482.

§. Aſperula *Ger.* Aſper. II. ſeu Rubeola montana odora *C. B.* Aſperula aut Aſpergula odorata *Park.* Rubiis accedens Aſperula quibuſdam ſive Hepatica ſtellaris *J. B. Woodroof*, or *Woodruffe.* In ſylvis & dumetis, præſertim montoſis, Maio menſe floret.

Flores ſummos cauliculos occupant velut in umbella, candidi odorati.

§. Rubeola arvenſis repens cœrulea *C. B.* minor pratenſis cœrulea *Park.* Rub. parvo flore cœrulea ſe ſpargens *J. B. Little Field-Madder.* In arvis præſertim requietis.

§. 1. Aparine *Ger. J. B.* vulgaris *Park. C. B.* Philanthropon Dioſcoridis & Plinii; Lappago Plinii lib. 26. cap. 10. *J.B. Cleavers* or *Gooſe-graſs.* Ad ſepes, interdum & inter ſegetes.

Aſperitate veſtium tenaci ſatis nota eſt hæc herba. Vires v. Hiſt. p. 484.

2. Aparine ſemine læviore. An Aparine ſemine lævi *Park.*? *Gooſe-graſs with ſmoother Seed.* Inter ſegetes. Minor eſt & humilior præcedente.

§. Rubia cynanchica *J. B. C.B.* Synanchica Lugd. p. 1125. *Ger. emac.* Aſperula repens Geſneri ſeu Saxifraga altera Cæſalpini *Park. Squinancy-wort.* In ſterilibus ſoli expoſitis cretaceis collibus, v. g. Gogmagog *Hills*, Newmarket *Heath*, Suſſex *Downs*, &c.

Floribus velut umbellatis cum Aſperula convenit, eorundem colore rubente, ut & parvitate ſua, ab eadem differt.

GENUS

GENUS DECIMUM.

Herbæ asperifoliæ :

QUibus folia in caulibus alterno aut nullo ordine sita, flores monopetali marginibus quinquepartitis, incisuris aliàs profundioribus, aliàs levioribus, singulis autem floribus quatuor plerunque succedunt semina.

§. Pulmonaria foliis Echii *Ger. emac.* rubro flore, foliis Echii *J. B.* angustifolia rubente cœruleo flore *C. B.* angustifolia *Park. parad. Buglos-Cowslips or Long-leaved Sage of* Jerusalem. *In a Wood by* Holbury-House, *in the new Forest in* Hantshire. Perianthium oblongum integrum, folia maculosa Pulmonariæ characteristicæ sunt.

§. Cynoglossæ notæ sunt semina aspera lappacea, compressa, extremitatibus acutis sursum ad stylum directis.

1. Cynoglossum vulgare *J. B.* majus vulgare *C. B. Ger. Park. Great Hounds-tongue.* In incultis, locis ruderatis & ad vias.

2. Cynoglossa folio virenti *J. B.* Cynoglossum minus folio virente *Ger.* semper virens *C. B. Park.* An Cynoglossa media altera virente folio rubro flore montana frigidarum regionum *Col? The lesser green-leaved Hounds-tongue. In* London *Road, between* Kelvedon *and* Witham *in* Essex, *but more plentifully about* Braxted *by the way-sides : it hath also been observed in some shady Lanes about* Worcester, *by Mr.* Pitts.

Cynoglossæ vires vide Hist. nost. p. 490.

§. Buglossa sylvestris minor *Ger. emac.* Buglossum sylvestre minus *C. B. Park.* Echium Fuchsii seu Borago sylvestris *J. B. Small wild Buglos.* Inter segetes & in arvis requietis passim.

Buglossæ notæ sunt semina rugosa, floris in quinque segmenta obtusa seu orbiculata expansi.

§. Echium vulgare *J. B. C. B. Park. emac. Vipers Buglos.* Secus vias & semitas, inque muris non raro & arvis sterilioribus nimis etiam frequens.

Flore

Flore corniculato seu incurvo, & ex angusto principio in latum expanso, superiore parte longiùs excurrente, inferiore breviore à reliquis Asperifoliis distinguitur.

2. Echium marinum *P. B. Cat. Ang.* An Buglossum dulce ex insulis Lancastriæ *Park? Sea-Bugloss. At* Scrammerston *Mill between the Salt Pans and* Barwick *on the Sea-baich, about a Mile and half from* Barwick; *also near* Whithaven *in* Cumberland; *and against* Bigger *in the Isle of* Walney *in* Lancashire *plentifully. Mr.* Lawson.

§. Buglossum sylvestre caulibus procumbentibus *C. B.* Borago minor sylvestris *Park.* Cynoglossa fortè topiaria Plinii, & Echium lappulatum quibusdam *J. B.* Aparine major Plinii *Ger.* Alysson Germanicum Echioides *Lob. Small wild Bugloss, by some great Goose-grass and* German *Madwort. Near* Newmarket; *where I hear it is now lost: by* Boxley *in* Sussex, *and in the Holy Island.*

Caulibus asperis & ad vestes adhærentibus, floribus ad foliorum alas, foliis interdum tribus quatuórve simul, seminibus parvis compressis in vasculis bivalvibus compressis dentatis ab aliis hujus generis distinguitur.

§. Borago floribus cœruleis & albis *J. B.* Hortis, viis & muris frequens.

§. 1. Lithospermum seu Milium Solis *J. B.* Lith. majus erectum *C. B.* minus *Ger.* vulgare minus *Park. Gromwell or rather Gromill*, vel *Graymill*, i. e. Milium griseum. In agrorum marginibus siccioribus, inque dumetis & ad vias publicas. Vires vid. *Hist. nost.* p. 503.

2. Lithospermum majus Dodonæi, flore purpureo, semine Anchusæ *J. B.* majus *Ger.* vulgare majus *Park.* minus repens latifolium *C. B. The lesser creeping Gromwel. On the top of a busky Hill near* Denbigh *Town in* Wales, *on the North side of the Town: also in* Somersetshire *not far from* Taunton. In hac specie reliquis prociduis & repentibus caulis ille qui flores sustinent erigitur, & foliis longioribus pallidius virentibus amicitur.

Lithospermi notæ sunt semen lapideum splendens, flores in quinque segmenta expansi.

3. Lithospermum arvense radice rubente *Park.* arv. rad. rubra *C. B* nigrum, flore albo, semine Echii *J. B. Bastard Gromill or Salfern, Bastard Alkanet.* Inter segetes ubique ferè. Anchusa degener facie Milii solis *Ger. emac.*

§. 1. Myo-

§. 1. Myosotis Scorpioides hirsuta *Park.* Scorpioides arvensis hirsuta *Ger. emac.* Echium scorpioides arvense *C. B.* Scorpioides solisequum flore minore *J. B. Mouse-Eær-Scorpion-Grass.* In arvis & hortis passim, præsertim sterilioribus & requietis.

2. Echium Scorpioides minus flosculis luteis *C. B.* Myosotis Scorpioides minor flosculis luteis *Park. Small Yellow-Flower'd-Scorpion-Grass.* In pascuis siccioribus & arenosis.

3. Myosotis Scorpioides palustris *Ger. emac.* Scorpioides repens *Park.* Echium Scorpioides palustre *C. B.* Scorpioides solisequum aliud, flore majore purpureo & albo *J. B. Water-Scorpion-Grass.* Ad rivulos & in fossis palustribus: Circa finem Maii florere incipit.

Echium Scorpioides dicitur à spicis florum longis, recurvis, & antequam flores aperiantur caudæ Scorpii in modum contortis.

Spicis florum prælongis cum Heliotropio convenit, seminibus splendentibus, foliis oblongis ab eodem differt.

§. Consolida major *Ger.* Symphytum magnum *J. B.* majus vulgare *Park.* Symphytum. Consolida major *C. B. Comfrey.* In aquosis ad rivos & fossas: Maio mense floret.

Floribus cylindraceis pendulis cum Cerinthe convenit; seminibus ad singulos flores quaternis, iisque lucidis, ab eadem differt.

GENUS UNDECIMUM.

Suffrutices & Herbæ verticillatæ.

NOtæ certiores quibus Verticillatæ à reliquis Plantarum generibus distinguuntur sunt Folia in caule ex adverso bina, flores monopetali, labiati plurimùm aut galeati; semina ad singulos flores quaterna, quibus perianthium pro vasculo inservit; non enim in omnibus hujus generis flores & semina ad articulos verticillorum in modum caulem ambiunt.

§. 1. Serpyl-

§. 1. Serpyllum vulgare *Ger. J. B.* vulgare minus *Park. C. B. Common Mother of Thyme.* In montosis & pascius ficcioribus, inque formicarum tumulis ubique.

2. Serpylli vulgaris secundum genus *J. B.* Serp. vulg. flore amplo. *Common Mother of Thyme with large Flowers.* Cum præcedente, cujus varietas duntaxat esse videtur.

3. Serpyllum vulgare hirsutum. *Hoary wild Thyme. On Gogmagog Hills, and the like barren places.* Vix alia in re quàm foliorum hirsutie à præcedente differre videtur.

4. Serpyllum citratum *Ger. Park.* Citrii odore *J. B.* foliis Citri odore *C. B. Lemon Thyme.* In montosis, agro præsertim Cantiano, sed rariùs. Vires vide Hist. nost. p. 527.

5. Serpyllum villosum fruticosius floribus dilutè rubentibus. *The more shrubby hairy Mother of Thyme with pale red Flowers.* In pascuis ad summitatem montis y Wydhva prope Ecclesiam S. Perisii in Arvonia. *D. Lloyd.*

Serpyllo folia brevia & latiuscula, flores in summis caulicules & ramulis in capitula laxa & habitiora congesti; ramuli procidui.

Chamædryn vulgarem seu sativam, quamvis aliquoties invenimus in marginibus agrorum satis remotam ab aliquo ædificio, sponte tamen provenire non audemus asserere.

§. Menthæ notæ sunt Flos quadripartitus segmentis lateralibus à galea & labello vix discernendis; odor suavis, unde & Græcis Ἡδύοσμος dicitur: radices reptatrices.

1. Mentha aquatica *Ger. emac.* arvensis verticillata *C. B.* Mentha arvensis verticillata hirsuta *J. B.* arv. vert. seu aquatica Belgarum Lobelio *Park. Water-Calamint, or rather Mint with whorled coronets.* In locis humidis & ubi per hyemem aquæ stagnârant.

2. Mentha fusca sive vulgaris *Park.* cardiaca *Ger.* fortè hortensis verticillata Ocymi odore *C. B.* verticillata minor, acuta, non crispa odore Ocymi *J. B. Red Mint.*

Minùs hirsuta est quàm præcedens; folia longiora, acutiora, & obscuriùs viridia.

3. Mentha aquatica seu Sisymbrium *J. B. Ger. emac.* aquatica rubra *Park.* rotundifolia palustris seu aquatica major *C. B. Water-Mint.* Passim secundùm rivos & in humidioribus.

Flores in summis caulibus in capitula crassiora subrotunda congesti: odor ad Pulegium accedit.

4. Mentha

4. Mentha anguſtifolia ſpicata *C. B.* ſpicata folio longiore acuto glabro nigriore *J. B.* Romana *Ger.* Romana anguſtifolia ſeu Cardiaca *Park. Spear-Mint or Heart-Mint. Found by Mr.* Dale *in* Eſſex *by* Bocking *River ſide below the Fulling-Mill in two or three places.* Hujus odor gravior eſt & injucundior multò quàm Menthæ cardiacæ in hortis cultæ, ut dubitem an ſpecie eadem ſit nécne.

5. Mentaſtri aquatici genus hirſutum ſpica latiore *J. B.* Mentha paluſtris folio oblongo *C. B.* Mentaſtrum minus *Ger. emac.* Mentaſtrum hirſutum *Park. Spiked Horſe-Mint or Water-Mint with a groſſer ſpike. Found by the ſame perſon beſide the ſame River, a little above the Fulling-Mill.*

6. Mentaſtrum ſpicatum folio longiore candicante *J. B.* Mentha Sylveſtris folio longiore *C. B. Long-leaved Horſe-Mint. Found by Dr.* Liſter, *growing by* Burwelbeck *in* Lincolnſhire *plentifully.*

7. Mentaſtrum folio rugoſo rotundiore ſpontaneum flore ſpicato, odore gravi *J. B.* Mentha ſylveſtris rotundiore folio *C. B.* Mentaſtrum *Ger. deſcr. Horſe-Mint, or Round-leaved wild Mint. I obſerved it growing by the Rivers ſide at* Lydbrook *near* Roſs *in* Hereford ſhire; *alſo in a moiſt place of a little Cloſe or Meadow adjoyning to* Faulkbourn-Hall *in* Eſſex, *the Seat of my honoured friend* Edward Bullock *Eſquire.*

Menthæ vires v. Hiſt. noſt. p. 532.

§. Pulegium *J. B.* vulgare *Park.* regium *Ger.* latifolium *C. B. Penny-Royal or Pudding-graſs.* Locis paluſtribus & aquoſis ubi per hyemem aquæ ſtagnârant.

Parvitate ſua, florum denſis verticillis, ſapore & odore acriore à Mentha differt. Vires v. H. N. p. 534.

§. Marrubium aquaticum *Ger. emac.* aquat. vulgare *Park.* aquaticum quorundam *J. B.* paluſtre glabrum *C. B. Water-Horehound.* In aquoſis & ad rivulos paſſim.

Foliis rugoſis, ad baſin laciniatis, & odore carentibus à Mentha differt.

§. Verbena vulgaris *J. B.* mas, ſeu recta & vulgaris *Park.* communis *Ger.* communis cæruleo flore *C. B. Vervain.* In areis & ſecundùm vias publicas.

A congeneribus differt foliis rugoſis laciniatis, & floribus in ſpicis longiſſimis anguſtis, nullis intermiſtis foliolis.

§. Orig-

§. Origanum vulgare ſpontaneum *J. B.* Anglicum *Ger.* ſylveſtre, Cunila bubula Plinii *C.B.* Majorana ſylveſtris *Park. Wild Marjoram.* Ad ſepes & in dumetis.

Hujus capitula ſingularia ſquamoſa ex pluribus foliolorum conjugationibus ſquamatim ob proximitatem incumbentibus componuntur: è ſingulorum autem ſinubus ſinguli flores exeunt, foliola iſthæc figura ſuâ & lævitate, parvitatéque à reliquis quæ in caule diverſa. Notæ hæ quamvis reliquis hujus generis conveniunt, quoniam tamen nulla præter hanc ſpecies Majoranæ aut Origani in Ang. ſponte provenit, ad diſtinctionem ſufficiunt.

§. Horminum ſylveſtre Lavendulæ flore *C. B. Park.* ſylveſtre *Ger.* Gallitrichis affine Maru, ſi non genus aliquod, Sclaræa Hiſpanica *Tab. J. B.* Hormini ſylveſtris quarti quinta ſpecies *Cluſ. Common* Engliſh *wild Clary.* In glareoſis frequens.

Hæc proculdubio eſt quam Cluſius Greenvici prope Londinum ad arcis Regiæ hippodromum ſe inveniſſe ſcribit; nulla enim præter hanc Hormini ſpecies in Anglia ſponte oritur. Hanc Parkinſonus erroneè pro Hormino pratenſi foliis ſerratis *C. B.* habet: non Gerardus, cui nos in Hiſtoria Plant. & Cat. Ang. hac in re injurios fuiſſe fatemur. Flores reliquis ſpeciebus longè minores, in ſpicis laxis: Odor ſatis vehemens.

§. Galeopſis legitima Dioſcoridis *Park.* vera *Ger. emac.* Galeopſis ſive Urtica iners magna fœtidiſſima *J. B.* Lamium maximum ſylvaticum fœtidum *C. B. Hedge-Nettle.* Ad ſepes, æſtate floret.

Foliis Urticæ, odore fœtido, ſeminibus minoribus nigris ab Hormino differt.

§. Mentha cattaria *J. B.* felina ſeu cattaria *Ger.* cattaria vulgaris & major *C. B.* Nepeta major vulgaris *Park. Nep er Cat-Mint.* Floret Junio & Julio, eſtque in agro Cantabrigienſi in aggeribus ſepium frequens. Vires v. Hiſt. p. 549.

Foliis Urticæ incanis, odore Menthæ graviore, floribus in ſpicas habitiores digeſtis à congeneribus differt.

§. Betonica *Ger.* purpurea *C. B.* vulgaris purpurea *J. B.* vulgarior flore purpureo *Park. Wood-Betony.* In ſylvis & dumetis.

Betonicæ notæ ſunt flores in ſpicas habitiores digeſti, caules non ramoſi, folia crenata cum longis pediculis. Vires vide Hiſt. p. 551. Variat floris colore albo.

§. Prunella *Ger.* vulgaris *Park.* flore minore vulgaris *J.B.* Brunella major folio non diſſecto *C. B. Common Self-heal.* In paſcuis ubique. Vires v. Hiſt. p. 551.

Spicis

Spicis brevibus habitioribus cum Betonica convenit, parvitate & humilitate sua, foliisque circum oras æqualibus & non crenatis ab eadem differt.

§. Acinos multis *J. B.* Ocymum sylvestre *Ger.* Clinopodium minus seu vulgare *Park.* arvense Ocymi facie *C. B.* *Wild Basil.* In montosis cretaceis aridis & glareosis locis. Acinos Anglicum *Clus.* nobis nihil aliud esse videtur quàm hujus varietas foliis ludens non crenatis.

Acinos foliis est Serpylli aut Ocymi minoris; floribus in verticillis ad caulium nodos foliis intermixtis, calyculis oblongis striatis, collo angusto, ventre turgidiore, quo cum verticillatis fruticosis convenit. Mulierculis botanopolis Londinensibus Polium montanum olim dicta est hæc herba, quo nomine Londino ad nos missa.

§. Stachys Fuchsii *J. B. Ger.* major Germanica *C. B.* *Park.* *Base Horehound.* *Nigh* Witney *Park in* Oxfordshire, *and thereabout plentifully.*

Marrubio, quocum verticillis densis & canitie suâ convenit, elatior est & erectior, foliis longioribus & acutioribus.

§. Marrubium album *J. B. Ger.* album vulgare *C. B.* *Park.* *White Horehound.* Ad vias publicas & in locis ruderatis. Vires vide Hist. nost. p. 556.

Marrubii notæ sunt flores in verticillis densis circa caulium nodos, totius plantæ canities, odor vehemens & gravis; folia obtusa serrata rugosa: verùm singulari & insigni nota ab aliis verticillatis differt, quòd calyculorum striatorum margines non ut in aliis in quinque segmenta acuta dividantur, sed in totidem spinulas quot sunt in singulis striæ, decem nimirum aut duodecim.

§. Clinopodium majus *Park.* quorundam Origani facie *J. B.* Origano simile *C. B.* Acinos *Ger.* *Great wild Basil.* Ad sepes & in vepretis passim.

Foliis est Majoranæ sylvest. seu Origani, verticillis densis circa caulium nodos; Florum tubis quàm in Origano longioribus; calycibus in quinque spinulas terminatis, quo à Marrubio differt.

§. 1. Lamium album *Ger.* vulgare album seu Archangelica flore albo *Park.* album non fœtens, folio oblongo *C. B.* Galeopsis seu Urtica iners floribus albis *J. B. White Archangel or dead Nettle.* Ad sepes, & in dumetis.

2. Lamium rubrum *Ger.* vulgare folio subrotundo, flore rubro *Park.* purpureum fœtidum folio subrotundo, sive Galeopsis Dioscoridis *C. B.* Galeopsis seu Urtica iners folio & flore minore *J. B. Small Dead Nettle, or red Archangel.* Ad sepes & macerias, inque locis ruderatis & hortorum areis. Vires v. Hist. p.559.

3. Lamium rubrum minus foliis profundè incisis. *Small cut-leaved red Archangel.* In hortis oleraceis inque arvis requietis non rarò invenitur.

4. Lamium folio caulem ambiente majus & minus *C. B.* Galeopsis seu Urtica iners minor folio caulem ambiente *J. B.* Affine hederula altera *Ger.* hederulæ folio major *Park. Great Henbit.* In arvis & hortis.

5. Lamium luteum *Ger. Park.* folio oblongo luteum *C. B.* Galeopsis seu Urtica iners flore luteo *J. B. Yellow Archangel or Dead Nettle.* In sylvis, dumetis & umbrosis.

6. Lamium montanum Melissæ folio *C. B.* Melissa Fuchsii *Ger.* Melissophyllon Fuchsii *Park.* Melissa adulterina quorundam, amplis foliis, & floribus non grati odoris *J. B. Baulm-leaved Archangel, Bastard Baulm. In several Woods in the West of* England, *as about* Totnes *in* Devonshire, *and* Haverford-West *in* Pembrokeshire.

7. Lamium cannabino folio vulgare. Cannabis spuria *Park. Ger.* sylvestris quorundam, Urticæ inerti affinis *J. B.* Urtica aculeata foliis serratis *C. B. Nettle-Hemp, or rather Hemp-leaved Dead Nettle.* In arvis. Variat floris colore, qui communiter purpureus est, rariùs albus.

8. Lamium cannabino folio, flore amplo luteo, labio purpureo. An Cannabis spuria altera *Park.*? Urtica aculeata foliis serratis altera *C. B.*? *Fan-flower'd Nettle-Hemp, or rather Hemp-leaved Dead Nettle with a particoloured flower.* Segetes frigidiorum & humidiorum tractuum hâc scatent; ut Septentrionales montosæ.

Lamium floribus in verticillis ad caulium nodos, Foliis Urticæ; Seminibus majusculis, & calycibus brevibus patulis maturitate illico decidentibus, & odore fœtido ab aliis Verticillatis differt.

§. 1. Side-

§. 1. Sideritis Anglica ſtrumoſa radice *Park.* Panax coloni & Marrubium aquaticum acutum *Ger.* Stachys paluſtris fœtida *C. B.* Galeopſis anguſtifolia fœtida *J. B. Clowns All-heal.* Ad fluvios & in aquoſis paſſim.

2. Sideritis humilis lato obtuſo folio *Ger. emac.* Sid. Hederulæ folio *Park.* An Sid. Alſines Triſſaginis folio *ejuſdem* & *C. B.*? Inter ſegetes, præſertim in Septentrionalibus.

3. Sideritis arvenſis latifolia glabra *Ger. C. B. Park.* (malè inſcribitur glabra, cùm hirſuta ſit) glabra arvenſis *J. B. Yellow-flower'd Field-Ironwort. In the Weſt Riding of* Yorkſhire *about* Wakefield, Darfield, Sheffield, &c. *among the Corn plentifully.* Floris colore luteo, foliiſque latioribus à ſequenti differt.

4. Sideritis arvenſis rubra *Park.* arvenſis, anguſtifolia rubra *C. B.* Sid. 7. *Ger. emac.* Ladanum ſegetum quorundam, flore rubro *J. B. Narrow-leav'd All-heal'or Ironwort.* Inter ſegetes ubique ferè; floret à media æſtate in Autumnum. Flos pro plantæ modo amplus eſt & pulcher.

Sideritidis nomine complectimur plantas nonnullas diverſorum generum ab effectu vulnera ferro inflicta ſanandi ità denominatas, quæ odore cum Lamio conveniunt, ſed folia Urticæ non habent.

§. Hedera terreſtris *Ger.* terreſtris vulgaris *Park. C. B.* Chamæciſſus ſeu Hedera terreſtris & Hedera ſylvatica Romanorum, *J. B.* in Append. tom. 3. p. 855. *Ground-Ivy, Gill-goe-by-ground, Alehoof or Tunhoof.* Ad ſepes & macerias: Aprili menſe floret. Vires v. Hiſt. p. 567.

Foliis ſubrotundis, flagellis reptatricibus, odore fœtido, florum labio ſuperiore bifido & reflexo, ab aliis Umbelliferis diſtinguitur.

§. 1. Calamintha vulgaris *Park.* vulgaris Officinarum *Ger.* vulgaris, vel Officinarum Germaniæ *C. B.* flore magno vulgaris *J. B. Common Calamint.* In viis publicis & ad aggeres ſepium & foſſarum, ſed rariùs. Hujus folia majora ſunt, latiora & pro magnitudine breviora quàm illius quæ odore eſt Pulegii.

2. Calamintha odore Pulegii *Ger.* Pulegii odore ſeu Nepeta *C. B.* altera odore Pulegii, foliis maculoſis *Park.* flore minore, odore Pulegii *J. B. Field-Calamint.* Ad vias pub-

licas, in aggeribus ſepium & agrorum marginibus. Autumno floret.

Foliis minoribus, odore Pulegii ſeu Siſymbrii, caulibus in terram magis reclinatis à præcedente diſtinguitur.

§. Marrubium nigrum *Ger. emac.* nigrum ſeu Ballote *J. B.* nigrum fœtidum, Ballote dictum *Park.* nigrum fœtidum, Ballote Dioſcoridis *C. B. Stinking Horehound.* In ruderatis & ad ſepes.

Odore fœtido Lamium refert, à quo differt floribus in ſingulis pediculis è ſingulis foliorum egreſſis pluribus confertis, calycibus minùs patulis & longioribus.

§. 1. Lyſimachia cœrulea galericulata ſeu Gratiola cœrulea *C. B.* Tertianaria, aliis Lyſimachia galericulata *J. B.* Lyſimachia galericulata *Ger.* cœrulea, ſeu latifolia major *Park. Hooded Willow-herb.*

In aquoſis ad fluvios & foſſas.

2. Lyſimachia galericulata minor. Gratiola latifolia *Ger.* latifolia ſeu noſtras minor *Park. The leſſer Hooded Looſeſtrife.* In paluſtribus Julio & Auguſto menſibus. Parvitate ſua, florum colore carneo, & foliis brevioribus à præcedente differt.

Utriuſque communes notæ ſunt floſculi oblongi in ſingulis foliorum alis ſinguli; calyx clauſus ſeu operculatus, crepidæ aut calceamenti calcaneum referens.

§. Chamæpitys vulgaris *Park.* vulgaris odorata flore luteo *J. B.* lutea vulgaris ſeu folio trifido *C. B.* Chamæp. mas *Ger. Common Ground-Pine.* In agris reſtibil. ſed rarius; v. g. *On the Layes about the borders of* Triplow *Heath in* Cambridgſhire, *and in ſeveral places of* Kent *about* Rocheſter, Dartford, *&c.* Vires v. Hiſt. noſt. p. 573.

Foliis Pineorum æmulis, odore reſinoſo, floribus galeâ ſeu labio ſuperiore carentibus à reliquis Umbelliferis differt.

§. 1. Bugula *Dod. Ger.* vulgaris *Park.* Conſolida media pratenſis cœrulea *C. B.* Conſolida media, quibuſdam Bugula *J. B. Bugle.* In ſylvis & pratis humidis frequentiſſima. Bugulæ notæ ſunt flores galeâ carentes, caules duûm generum, alii teretes & repentes, alii quadrati & erecti flores ſuſtinentes in ſpicam laxam diſpoſitos.

2. Bugu-

2. Bugula cœrulea Alpina *Park.* Consolida media cœrulea Alpina *C. B.* An Consolida media Genevensis *J. B. Mountain Bugle or Sicklewort. Found on* Carnedh Llewellyn *in* Carnarvanshire *by Dr.* Johnson. A præcedente differt caulibus ab una radice pluribus erectis, foliis minoribus, longioribus & profundiùs in caule crenatis, quodque clematis careat.

§. Scorodonia seu Salvia agrestis *Ger.* Scordium alterum seu Salvia agrestis *C. B.* Scorodonia seu Scordium alterum quibusdam & Salvia agrestis *Park.* Scordotis seu Scordium folio Salviæ *J. B. Wood-Sage.* In sylvis & dumetis.

Odore Allii & Salviæ foliis, quódque flos galeâ careat ab aliis hujus generis distinguitur.

§. Scordium *J. B. C. B. Ger.* legitimum *Park. Water-Germander.* In palustribus Eliensis insulæ copiosè provenit.

Odore Allii, foliis & facie Chamædryos, loco palustri, & reptatu suo ab aliis Umbelliferis facilè dignoscitur, ut de communi nota, quod sci. flos ejus galea careat, nihil dicam. Vires v. Hist. nost. p. 576.

§. Cardiaca *J. B. Park. Motherwort.* In fimetis, & extra hortos. Folia ejus subrotunda, & profundè laciniata.

GENUS DUODECIMUM.

Herbæ semine nudo polyspermæ, hoc est, in quibus singulis floribus plura quatuor succedunt semina.

§. CHelidonium minus *Ger. Park.* Chelidonia rotundifolia minor *C. B.* Scrophularia minor seu Chelidonium minus vulgò dictum *J. B. Pilewort or the lesser Celandine.* In pratis & ad sepes. Primo vere exit, & Aprili, nonnunquam etiam Martio, florere incipit. Maio flores & folia evanescunt, radicibus in terra ad ver usque proximum latitantibus.

Calyce triphyllo cum Hepatica trifolia convenit, ut & flore polypetalo: ab eadem differt calyce cum flore deciduo, ut in Ranunculis, & foliis integris subrotundis. Cùm jam deflorverat & marcescere inciperet in ipsis foliorum alis bulbulos Tritici granorum formâ succrescentes observavimus.

§. Ranunculi notæ communes sunt flores pentapetali unà cum calyce pentaphyllo decidui; semina unicuique plurima succedentia in globulum aut spicam & plerunque asperum & velut echinatum congesta.

1. Ranunculus pratensis repens *Park.* prat. repens hirsutus *C. B.* pratensis etiamque hortensis *Ger.* repens flore luteo simplici *J. B. Common creeping Crowfoot or Butter-cups.* In pratis & pascuis, locis humidioribus.

2. Ranunculus bulbosus *Ger. Park.* tuberosus major *J. B.* pratensis radice Verticilli modo rotunda *C. B. Round-rooted or bulbous Crowfoot.* In pascuis ubique. Vires v. Hist. nost. 581.

3. Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirsutus *J. B. Upright pale-leaved Crowfoot.* In locis humidis & lutosis ubi per hyemem aquæ stagnârant.

Pallido foliorum colore, quódque nec flagellis nec radicibus reptat, locóque natali, à Ranunculo pratensi repente, cui foliorum figurâ non multùm dissimilis est, differt.

4. Ranunculus pratensis erectus acris *C. B.* prat. erectus acris vulgaris *Park.* rectus non repens, flore simplici luteo *J. B.* surrectis cauliculis *Ger. Upright Meadow Crowfoot.* In pratis & pascuis vulgaris.

Hujus folia Napelli aut potius Aconiti lutei foliis similia, purpureis interdum maculis notata: Caulis ad sesquicubitalem altitudinem assurgit. Interdum dulcis reperitur.

5. Ranunculus hirsutus annuus flore minimo. *Field-Crowfoot with a very small Flower.*

Radice est annua, foliis parvis ad Geranii columbini figurâ accedentibus, flore luteo minimo & non rarò mutilo.

6. Ranunculus nemorosus dulcis, secundus Tragi *Park.* nemorosus vel sylvestris folio rotundo *C. B.* auricomus *Ger.* rotundifolius vernus sylvaticus *J. B. Sweet Wood-Crowfoot or Goldlocks.* In sylvis & dumetis Aprili floret, & ubi semen dederit superficies marcescit, radice restibili.

Folia

Folia prima quæ è radice exeunt integra ſunt & rotunda, ſequentia & quæ in caule, manente rotunditate in quinque aut plures lacinias diviſa.

7. Ranunculus arvorum *Park. Ger.* arvenſis echinatus *J. B. C. B. Corn Crowfoot.* Inter ſegetes, Maio menſe floret. Foliis laciniatis, & capitulis ſeu ſeminibus echinatis ab aliis Ranunculis differt.

8. Ranunculus paluſtris rotundifolius *Ger.* paluſtris Sardonius lævis *Park.* paluſtris Apii folio lævis *C. B.* paluſtris flore minimo *J. B. Round-leaved Water-Crowfoot.* In aquoſis, inque ipſis aquis.

Capitula huic in longam ſpicam producuntur, ſeminibus parvis & lævibus compoſita, Flores minimi pro plantæ magnitudine.

9. Ranunculus aquatilis hederaceus albus, quocum præterquam floris colore convenire videtur Ranunc. aquaticus hederaceus luteus *C. B.* hederaceus rivulorum ſe extendens, atrâ maculâ notatus *J. B.* Ranunculi aquatilis varietas altera *Ger. emac.* hederaceus aquaticus *Park.* quoad deſcr. nam figura & ſynonyma ſunt Lenticulæ aquaticæ triſulcæ. *Ivy-leaved Water-Crowfoot.* In rivulis & aquis vadoſis frequens.

10. Ranunculus aquatilis *Ger.* aquaticus Hepaticæ facie *Park.* aquaticus folio ſubrotundo & capillaceo *C. B.* aquatilis albus tenuifolius *J. B. Water-Crowfoot with various leaves.* In foſſis aquas habentibus, & lentè decurrentibus rivulis.

Folia quæ aquas ſuperant integra ſunt Ranunculi, quæ iis immerguntur in innumeras capillaceæ tenuitatis lacinias diviſa; flores albi ſpecioſi.

11. Ranunculus aquatilis omnino tenuifolius *J. B.* Millefolium aquaticum Ranunculi flore & capitulo *Park.* Millefolium ſeu Maratriphyllum flore & ſemine Ranunculi aquatici Hepaticæ facie *Ger.* Millefolium aquaticum foliis Abrotani, Ranunculi flore & capitulo *C. B.* item Ranunc. aquaticus capillaceus *ejuſdem. Fine-leaved Water-Crowfoot or Water-Milfoil.* Cum priore à quo non aliter differt quàm quòd folia integra non habet, ſed omnia tenuiſſimè laciniata.

12. Ranunculo ſive Polyanthemo aquatili albo affine Millefolium Maratriphyllum fluitans *J. B.* Millefolium Maratriphyllum Ranunculi flore *Park.* Millef. aquat. foliis Fœniculi, Ranunculi flore & capitulo *C. B. Fennel-leaved Water-Crowfoot.* In fluvio *Thame* & rivulis eum influentibus circa

Tamworth, Middleton, &c. in agro Warwicenſi: obſervavimus etiam in fluvio Iſide Oxonium præterfluente.

Foliis eſt Fœniculi, ſed multo longioribus, flagellis longiſſimis, prociduis, aquæ impetum ſequentibus.

13. Ranunculus flammeus minor *Ger.* item flammeus ſerratus *ejuſdem* & *Park.* paluſtris flammeus minor ſive anguſtifolius *Park.* longifolius paluſtris minor, item paluſt. ſerratus *C. B.* longifolius, aliis Flammula *J. B. The leſſer Spearwort.* In pratis uliginoſis & ad rivulos.

Foliis integris oblongis, vi acri & cauſtica ab aliis congeneribus differt.

14. Ranunculus flammeus major *Ger.* paluſtris flammeus major *Park.* longifolius paluſtris major *C. B.* folio longo maximus, Lingua Plinii *J. B. Great Spearwort.* In foſſis paluſtribus Elienſibus aliiſque aquis vadoſis plurimus.

§. Flos Adonis *Park.* Flos Adonis flore rubro *Ger.* Flos Adonis vulgò, aliis Eranthemum *J. B.* Adonis hortenſis flore minore atro-rubente *C. B. Adonis Flower, Red Maithes.* In Anglia ſponte provenire dicitur ſed rariùs, inter ſegetes.

Capitulum Ranunculi, ut & floris calyx; Flos ipſe polypetalos; Folia in tenues & acutas lacinias ſecta Chamæmelinorum ritu, hujus notæ ſunt.

§. Malvæ notæ ſunt Flores monopetali pentapetaloides, Calyx geminus, exterior in tres, interior in quinque lacinias diviſus, folia integra, ſemina in rotulæ aut caſeoli formam circumacta. Malvæ vires vid. Hiſt. noſt. p. 599.

1. Malva vulgaris *Park.* ſylveſtris *Ger.* ſylv. folio ſinuato *C. B.* vulgaris flore majore, folio ſinuato *J. B. Common Mallow.* Ad ſepes & ſemitas inque locis ruderatis.

2. Malva ſylveſtris minor *Park.* ſylv. pumila *Ger.* ſyl. folio rotundo *C. B.* vulgaris flore minore, folio rotundo *J. B. Small wild Mallow or Dwarf Mallow.* Cum priore. Flores huic ex pallida purpura albicant.

3. Malva arborea marina noſtras *Park. Engliſh Sea-tree-Mallow. I have obſerved it in many places by the Sea-ſide, as at* Hurſt-*Caſtle over againſt the Iſle of* Wight; *in* Portland *Iſland; on the Rocks of* Caldey *Iſland; and on the* Baſſe *Iſland near* Edinburgh *in* Scotland.

Magnitudine & ſtatura ſua, foliis lanuginoſis, floribus tamen parvis à vulgari Malva diſtinguitur, ut de loco ſileam.

§. Althæa

§. Althæa vulgaris *Park.* Althæa Ibiſcus *Ger.* Alth. Dioſcoridis & Plinii *C. B.* Althæa ſive Biſmalva *J. B. Marſh-Mallow.* In paluſtribus maritimis frequens. Vires v. H. p. 600.

Malvæ revera ſpecies eſt, à vulgari tamen Malva differt folio productiore minúſque rotundo, item molliore & magis incano, locóque natali in paluſtribus & maritimis.

§. Alcea vulgaris *J. B.* vulgaris major *C. B.* vulgaris ſeu Malva verbenacea *Park.* Malva verbenacea *Ger. Vervain-Mallow.* Ad agrorum margines, ínque vepretis & ſepibus frequens.

A Malva foliis laciniatis differt, ejúſque ſpecies eſt.

§. Caryophyllata ſeminibus caudatis, foliis pinnatis, radice aromatica, à congeneribus differt.

1. Caryophyllata *Ger.* vulgaris *Park. C. B.* vulgaris flore parvo luteo *J. B. Avens, Herb Bennet.* Ad ſepes & in dumetis, Maio & Junio floret. Vires v. H. n p. 606.

2. Caryophyllata vulgaris majore flore *C. B.* vulgaris major *Park. Avens with a larger Flower. In* Tedford *Wood in the Wolds,* Lincolnſhire, *found by Dr.* Liſter. *We found it alſo in* Cambridge-ſhire, *but remember not the Place.*

3. Caryophyllata montana purpurea *Ger. emac.* montana ſeu paluſtris purpurea *Park.* aquatica nutante flore *C. B.* aquatica flore rubro ſtriato *J. B. Purple Mountain Avens, or Water Avens.* In montoſis Septentrionalibus Angliæ circa *Settle, Ingleton,* &c. *alſo in* Wales *about* Snowdon Hill, *&c. and in divers other places.*

4. Caryophyllatam flore amplo purpureo, quadruplici aut quintuplici ſerie petalorum obſervavit *D. Lawſon* prope Strickland magnum in Com. Weſtmorland.

5. Caryophyllata Alpina Chamædryos folio *Moriſ. Hiſt.* Chamædrys ſpuria montana Ciſti flore *Park.* Alpina Ciſti flore *C. B.* Alpina flore Fragariæ albo *J. B.* Teucrium Alpinum Ciſti flore *Ger. Mountain Avens with Germander Leaves. Found by Mr.* Heaton *in* Ireland, *on the Mountains between* Gort *and* Galloway.

§. Fragariæ notæ ſunt Folia venoſa in ſingulis pediculis terna: Fructus molli eſculentâ pulpâ conſtans, ſeminibus exteriùs adnaſcentibus, odore fragranti; cauliculi reptatrices.

1. Fragaria

1. Fragaria *Ger.* vulgaris *Park.* Fragaria ferens fraga alba ac rubra *J. B. Common Strawberry.* In ſylvis & dumetis. Maio menſe floret & brevi ſemen maturat. Vires vide Hiſt. noſt. p. 609.

2. Fragaria fructu hiſpido *Ger. emac. Rough Strawberry. Found by* Jo. Tradeſcant *the elder in a Womans Garden about* Plymouth, *whoſe Daughter gathered it abroad and planted it there.* Pro luſu potiùs naturæ hanc habeo quam pro ſpecie diſtincta.

§. Fragaria ſterilis *C. B.* minimè veſca *Park.* minimè veſca ſeu ſterilis *Ger. emac.* non fragifera, vel non veſca *J. B. Barren Strawberry.* In paſcuis ſterilioribus ubique. Foliis cum Fragaria, fructu cum Pentaphyllo convenit; non reptat flagellis ut Fragaria.

§. Pentaphyllum foliis venoſis, in ſingulis pediculis quinis, aut interdum ſeptenis, flore pentapetalo à congeneribus diſcernitur.

1. Pentaphyllum rubrum paluſtre *Ger.* Pentaphyllum vel potiùs Heptaphyllum flore rubro *J. B.* Quinquefolium paluſtre rubrum *C. B. Purple Marſh Cinquefoil.* In paluſtribus putridis & cœnoſis non infrequens eſt.

Folia quina & non rarò ſeptena in eodem pediculo, non ut in Pentaphyllo vulg. ab eodem omnia puncto orta, ſed bina adverſa velut in alam diſpoſita cum impari in extremo.

2. Pentaphyllum vulgatiſſimum *Park.* Pentaphyllum ſive Quinquefolium vulgare repens *J. B.* Quinquefolium vulgare *Ger.* majus repens *C. B. Common Cinquefoil or five-leaved Graſs.* Ad ſemitas paſſim. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 611.

Cauliculis radices ad intervalla agentibus Fragariæ in modum ſe propagat.

3. Pentaphyllum erectum, foliis profundè ſectis, ſubtus argenteis, flore luteo *J. B.* rectum minus *Park.* Quinquefolium folio argenteo *C. B.* Quinquefolium Tormentillæ facie *Ger. Tormentil. Cinquefoil.* In arenoſis aut glareoſis paſcuis, ſed rariùs.

4. Pentaphyllum parvum hirſutum *J. B.* minus repens laniginoſum *Park.* Quinquefolium minus repens aureum *C. B.* Quinquefolii quarti ſecunda ſpecies *Cluſ.* Pentaphyllum incanum minus repens *Ger. emac. Small rough Cinquefoil.* Obſervavit & ad nos attulit Tho. Williſellus Pentaphylli parvam ſpeciem

ſpeciem circa *Kippax* agri Eboracenſis vicum 3 m. p. à Pontefracto remotum in paſcuis collectam, huic non diſſimilem, præterquam quòd non reperet.

§. 1. Pentaphylloides erectum *J. B.* Pentaphyllum fragiferum *Ger. Park. Cluſ.* Quinquefolium fragiferum *C. B. Upright Baſtard Cinquefoil.* Ad latera montis cujuſdam *Craig-Wreidhin* dicti in Comitatu montis Gomerici Walliæ.

A Pentaphyllo cum quo in aliis pleriſque convenit foliis lobatis Agrimoniæ ferè æmulis differt.

2. Pentaphylloides fruticoſa. *Shrub Cinquefoil.* Ad ripam meridionalem Teſæ fluvii infra vicum *Thorp* dictum variis in locis, necnon infra cœnobium Athelſtani vulgo *Eggleſton Abbey*, in agro Eboracenſi. Hanc plantam primus obſervavit nobiſque oſtendit *D. Johnſon* de Brignal prope pontem Gretæ in Com. Eboracenſi. Deſcriptionem vid. Hiſt. p. 616. Mr. Lawſon *obſerved thouſands of theſe Plants by* Mickle Force *in* Teaſdale.

3. Pentaphylloides Argentina dicta. Argentina *Ger.* Potentilla *Park. C. B.* Potentilla ſeu Argentina *C. B. Wild Tanſy, Silverweed.* Amat loca aquoſa, & ubi per hyemem aquæ ſtagnârant. Folia ad Agrimoniæ accedunt, niſi quòd argentea ſunt. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 617.

4. Pentaphylloides pumila foliis ternis ad extremitates trifidis. Fragariæ ſylveſtri affinis planta flore luteo *Sybbald. Prodrom. Hiſt. Natur. Scot.* An Quinquefolium Alpinum Fragariæ facie *Schol. Botan.?* In ſylvis Regionis Jernenſis Scotiæ ſponte provenit.

§. Tormentilla *Ger. J. B.* vulgaris *Park.* ſylveſtris *C. B. Tormentil, Septfoil.* In paſcuis ubique ferè, præſertim montoſis.

A Pentaphyllo diſtinguitur foliis ſeptenis in eodem pediculo quod Pentaphyllis nonnullis dictis commune eſt, ſed præcipuè flore tetrapetalo, quod huic proprium. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 617.

2. Tormentilla reptans alata foliis profundiùs ſerratis *D. Plot*; Pentaphyllum minus viride flore aureo tetrapetalo, radiculas in terram è geniculis demittens *Moriſ. Hiſt. Creeping Tormentil with deeply indented Leaves. In the borders of the Corn-fields between* Hockley *and* Shotover *Woods, and elſewhere in* Oxfordſhire.

§. 1. Plan-

§. 1. Plantago aquatica *J.B.* aquatica latifolia *C. B.* aquatica major *Ger. Park. Great Water Plantain.* In & juxta aquas ubique feré. Loco natali & flore tripetalo cum Sagitta convenit, foliis Plantagineis ab eadem differt: Flos tamen in hac, & capitula minora, & ſpica magis diffuſa.

2. Plantago aquatica minor *Park.* aquatica humilis *Ger.* aquat. anguſtifolia *C. B.* aquat. humilis anguſtifolia *J. B. The leſſer Water-Plantain.* Cum priore. Capitula huic ſubrotunda echinata Ranunculi: Flores velut in umbella aut corymbo.

§. Sagitta minor *J. B.* aquatica minor latifolia *C. B.* minor latifolia *Park. Arrow-head.* In aquis floret Maio & Junio menſibus. Hujus tres ſpecies ſeu varietates conſtituunt Botanici nimirum, 1. majorem: 2. minorem latifoliam: 3. minorem anguſtifoliam: quæ omnes, ut puto, apud nos inveniuntur.

Facilè dignoſcitur foliis alatæ ſagittæ ſpeciem referentibus. Gramen bulboſum aquaticum à C. Bauhino in Prodromo deſcriptum nihil aliud eſt quàm hujus plantæ radix & folia primò erumpentia & aquis merſa antequam in caulem abeat, ut obſervavit & me monuit *D. Dale.* Idem poſtea accepi à *D. Doody,* qui in omnibus Sagittariæ plantis bulbum ſeu tuber, qualis à C. Bauhino depingitur, infra limum in ipſam terram ſolidam defixum inveniri mihi affirmavit.

§. Clematis latifolia ſeu Atragene quibuſdam *J. B.* Clematitis ſylveſtris latifolia *C. B.* Clematis ſylveſtris latifolia ſeu Viorna *Park.* Viorna *Ger. Great wild Climber or Travellers Joy.* In ſepibus. Flore, cortice, ſemine & radice vim urendi habet

Clematidis notæ ſunt Flos nudus quadrifolius ſeu cruciatus, ſemina plumulis longis villoſis innaſcentibus cincinnata: ſapor fervidus.

§. Filipendula *J. B.* vulgaris *Ger. Park.* vulgaris, an Molon Plinii *C. B. Common Dropwort.* In pratis & paſcuis montoſis. Vires v. Hiſt. noſt. p. 623.

Hujus notæ ſunt Flores polypetali, radices tuberoſæ, glandulis oblongis ab extremis fibrarum filamentis pendulis, Semina in circulo diſpoſita.

§. Ulma-

§. Ulmaria *J. B.* vulgaris *Park.* Regina prati *Ger.* Barba capri floribus compactis *C. B. Meadow-sweet.* In pratis humidis & ad rivulorum ripas passim. Vires vid. H. n. p. 624.

A Filipendula differt radicibus fibrosis, magnitudine quâ illam excellit, & seminibus intortis in globulum congestis.

§. 1. Anemone nemorum alba *Ger.* nemorosa flore majore *C. B.* Ranunculus nemorosus albus simplex *Park.* Ran. phragmites albus & purpureus vernus *J. B. Wood Anemony.* In sylvis & dumetis, præsertim locis udis. Floret circa finem Martii & Aprilis initio. Flos nudus, calyce carens.

Anemones in genere notæ sunt caulis determinatè foliatus seu ex una distinctione, ubi terna hærent folia; flores in singulis caulibus singuli: sylvestris character, semina Ranunculi in capitulum congesta, nullo pappo lanuginéve vel adhærente, vel involvente.

2. Anemone tuberosa radice *P. B. Windflower or Anemony with a tuberous Root. Upon* Catswald *Hills near* Black Burton *plentifully. Mr. Heaton.* Quamvis nesciam an descripta an indicta sit hæc planta, omittere nolui, ut qui per montes illos iter faciant, eam curiosiùs observent, & certiora nos doceant.

§. Pulsatilla Anglica purpurea *Park. parad.* flore minore *Ger.* minore nigricante *C. B.* Pulsatilla flore clauso cœruleo *J. B. Pasque-Flower. On* Gogmagog *Hills, on the left hand of the High-way leading from* Cambridge *to* Haveril, *just on the top of the Hill; also about* Hildersham, *six miles from* Cambridge; *and on* Bernak Heath, *not far from* Stamford *in great plenty; and on* Southrop Common *adjoyning thereto. But of that sort with a red flower, mentioned by* Gerard. *and* Phyt. Brit. *we found none there.* Pulsatilla locis prædictis nascens non est Pulsatilla vulgaris *Ger.* folio crassiore & majore flore *C. B. &c.* pro qua in *Cat. Ang.* eam habuimus, à Gerardo decepti; sed ea quam Clusius describit sub *Pulsatillæ vulgaris saturatiore flore* titulo, cujus Synonyma jam dedimus.

Est autem Pulsatilla nihil aliud quàm Anemones genus seminibus cincinnatis seu plumulis adhærentibus caudatis.

GENUS

GENUS DECIMUM TERTIUM.

Herbæ Bacciferæ.

BAccas voco fructus herbarum quoſcunque membrana tenuiore veſtitos, pericarpio ſeu pulpâ intus per maturitatem humida aut molli ſemina ambiente, eiſdémve intermixta.

§. 1. Chamæmorus *Cluſ. Ger.* cui & Vaccinium nubis dicitur, & pro diverſa ſpecie habetur. Anglica *Park.* ejuſdémque Chamæmorus Cambro-Britannica. Rubo Idæo minori affinis Chamæmorus *J. B.* Chamæmorus folio Ribes Anglica *C. B.* *Cloud-berries*, *Knot-berries or Knout-berries.* Qui cum Parkinſono opinantur Chamæmorum Anglicam, & Chamæmorum Cambro-Britannicam ſeu Lancaſtrenſe Vaccinium nubis diverſas eſſe plantas, oſtendant nobis differentiam. In ſummitatibus montium altiſſimorum *Pendle* & *Ingleborough*, ſolo putrido & paluſtri oritur, inter ericas. Anno 1668. circa finem Julii in ſummitate montis Hinckle-haugh prope *Settle* oppidum agri Eborac. copioſam cum fructu maturo inveni. Deſcriptionem & vires vid. Hiſt. p. 654.

Folia hujus & fructus ad Rubum accedunt, potiùs quam ad Morum.

2. Chamærubus Saxatilis *C. B.* Rubus Saxatilis *Ger.* Alpinus Saxatilis *Park.* Alpinus humilis *J. B.* An Rubus tricoccos *Park.*? *The Stone-Bramble or Raſpis. In the Northweſt part of* Yorkſhire, *and in divers other places, on the ſides of the Mountains.*

Rubo Idæo ſimilis eſt, ſed minor, nec ſpinoſa. Baccæ è paucioribus acinis, nimirum binis, ternis, quaternis, aut ad ſummum quinis, componuntur.

§. Chamæpericlymenum *Park. Ger.* Periclymenum parvum Prutenicum Cluſii *J. B.* Periclymenum 3. ſeu humile *C.B.* *Dwarf Honey-Suckle.* In Northumbriæ montibus Cheviotticis dictis, in latere occidentali Septentrionalis partis montis altiſſimi copioſiſſimé.

Flos

Flos huic tetrapetalos, cui succedunt plures acini, non in unam baccam constipati, sed suis singuli disjunctis petiolis hærentes.

§. Bryonia alba *Ger. Dod.* alba vulgaris *Park.* aspera, seu alba baccis rubris *C. B.* Vitis alba seu Bryonia *J. B. White Bryony.* Ad sepes. Vires vid. H.n. p.659. Duplex est mas & fœmina.

Hujus notæ sunt capreoli ad scandendum, caules non spinosi, folia vitiginea, vis cathartica vehementior.

§. Bryonia nigra *Ger.* sylvestris nigra *Park.* lævis seu nigra racemosa *C. B.* Vitis nigra quibusdam, seu Tamus Plinii, folio Cyclamini *J. B.* Sigillum B. Mariæ *Offic. Black Bryony.* Ad sepes & in dumetis.

Caules huic volubiles, folia convolvuli majoris, fructus in racemis per maturitatem rubentes, flores hexapetali, cùm Bryoniæ albæ pentapetali sint.

§. Aconitum racemosum, Actæa quibusdam *J. B.* Acon. racemosum, an Actæa Plinii lib. 27. c. 7. Christophoriana *Ger.* vulgaris *Park. Herb Christopher, or Bane-berries. Mr.* Witham *shew'd it me growing in Haselwood Woods near Sir* Walter Vavasors *Park-pale* Yorkshire, *but not plentifully. Mr.* Newton *and Mr.* Lawson *found it among the Shrubs by* Malhamcove *in* Yorkshire. *No news of it in* Westmorland.

Folia composita velut umbelliferæ cujusdam, v. g. Imperatoriæ, Fructus racemosus malignus hanc à cæteris distinguunt.

§. Ruscus *J. B. C. B. Park.* Ruscus sive Bruscus *Ger.* Oxymyrsine quibusdam. *Knee-Holly or Butchers broom.* In sepibus & dumetis sed rarior. *In the Parish of* Black Notley Essex, *where I now live, it grows in the Hedges of a Croft called Lords Acre belonging to* Plum-Trees, *the House of Mr.* James Coker, *my very good Friend and Neighbour.*

Planta est epiphyllospermos, foliis Myrti æmulis, mucrone acuto & spinoso: nescio an ad frutices potiùs referenda.

§. 1. Poly-

§. 1. Polygonatum *Ger.* vulgare *Park.* latifolium vulgare *C. B.* Polygonatum, vulgò Sigillum Solomonis *J. B. Solomons Seal.* In ſylvis quibuſdam in Occidentali Angliæ parte. *In a field adjoyning to the Waſh at* Newberry, *and in divers other places of* Barkſhire. *Obſerved by my worthy friend Mr.* George Horſnell *Chirurgion in* London.

Polygonatum foliis nervoſis cum Lilio convallium & monophyllo convenit, magnitudine ſua, caule multis foliis veſtito, floribus cylindraceis è foliorum ſinubus exeuntibus, & deorſum dependentibus, ab iiſdem differt.

2. Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis *J. B.* latifolium flore majore odoro *C. B.* majus flore majore *Park.* latifolium 2. Cluſii *Ger. Sweet-ſmelling Solomons Seal, with flowers on ſingle Footſtalks. Found by* Th. Williſel *growing on the Ledges of the Scars or Cliffs near* Wherf *and* Settle *in* Yorkſhire.

§. 1. Lilium convallium *Ger.* convallium vulgo *J. B.* convallium album *C. B.* convallium flore albo *Park. Lily-convally or May-Lily.* In ericeto Hampſtedienſi propè Londinum copioſe provenit, item in umbroſis ad latera montis *Ingleborough*, & alibi in Septentrionalibus.

2. Lilium convallium anguſtifolium. *Narrow-leaved Lilly-convally.* Ad pontem *Waterfall* & alibi in Weſtmorlandia invenit, & ad me miſit D. *Lawſon.*

Notæ Lil. conv. ſunt caulis nudus, flores parvi campanulati, baccæ rubræ, folia nervoſa, bina ternáve.

§. Herba Paris *Ger. Park. J. B.* Solanum quadrifolium bacciferum *C. B. Herb Paris, True-Love, One-Berry.* In ſylvis umbroſis, non tamen admodum frequens. *Heer at* Notley, *in* Lampit-Grove *belonging to the* Hall. Aprili menſe è terra exit, & Maio aut Junio baccam perficit.

Caulibus non ramoſis, determinatè ſeu ex una diſtinctione foliatis, quatuor plerunque foliis; unico in ſingulis flore & bacca, ab aliis bacciferis facilè diſcernitur.

§. 1. Solanum lignoſum ſeu Dulcamara *Park.* Solanum ſcandens ſeu Dulcamara *C. B.* Amara dulcis *Ger.* Glycypicros, ſeu Amara dulcis *J. B. Woody Nightſhade or Bitter-ſweet.* Aquoſa & rigua amat; atque hinc circa ſcrobes & foſſas

fossas reperitur. Junio & Julio floret. Vires v. Hist. nost. p. 672.

Solani notæ genericæ sunt, Flores monopetali quinquepartiti aut stellati, apicibus in umbilico oblongis, erectis, coitu suo umbonem componentibus; semina parva compressa. Vires vid. Hist. nost. ibid.

2. Solanum lignosum seu Dulcamara marina. *Sea Bitter-sweet or Woody Nightshade. On the Southern Coasts in many places.* Hanc plantam toto habitu suo & omnino specie à priore diversam esse nobis confirmavit peritissimus Botanicus, & Socius dum viveret Coll. Magdal. Oxonii, D. *Brown.*

3. Solanum vulgare *Park.* hortense *Ger.* Sol. hortense seu vulgare *J. B.* bacciferum I. seu Officinarum *C. B. Common Nightshade.* In fimetis & ruderibus. Augusto & Septembri mensibus floret, & semen perficit, deinde primis statim pruinis corrumpitur. A præcedente multimodis differt, quòd non lignosum sit, non volubile, at neque perenne.

§. Solanum lethale *Park. Ger.* melanocerasos *C. B.* Solanum manicum multis seu Bella Donna *J. B. Deadly Nightshade, Dwale. In the Church-Yard and Lanes about* Fulborn *in* Cambridgshire; Sutton Cofield *in* Warwickshire, *and many other places.*

Flores habet campaniformes concavos & tubulosos, fructum magnum nigrum. Totius herbæ tristis aspectus qualitatem malignam arguit. Vires vid. Hist. nost. p. 680.

Solanum pomo spinoso rotundo, longo flore calathoide, Stramonium vulgò dictum. In ruderibus & fimetis frequens occurrit; sed Hortorum rejectamentis originem certe debet.

§. Asparagus *Park.* Sativus *Ger.* hortensis & pratensis *J. B.* sativa *C. B. Manured Sparagus or Sperage,* corruptè *Sparrowgrass.* Ad promontorium dictum *the Lizzard point* invenimus. *Said also to be found in the Marshes near* Bristol; *about* Harwich *in* Essex, *and divers other places.*

Notæ ejus sunt folia tenuissima capillacea, turiones crassi esculenti.

Asparagus palustris seu maritimus à sativo mihi non videtur specie, sed duntaxat accidentibus à loco natali ortis differre.

§. Vitis Idæa paluſtris *C. B.* Vaccinia paluſtria *Ger.* Vaccinium paluſtre *Park.* Oxycoccus, ſeu Vaccinia paluſtria *C.B.* *Marſh Whortle-berries, Moſs-berries or Moor-berries. On Mooriſh grounds and Quagmires, as in* Sutton Cofield *Park* Warwickſhire, *&c.*

Viticuli tenues ſupini, folia Serpylli, floſculi tetrapetali, locus paluſtris, baccæ interdum ſublongæ, hanc herbam à reliquis bacciferis diſtinguunt.

§. Moſchatellina foliis Fumariæ bulboſæ, de qua Cordus *J. B.* Ranunculus nemoroſus Moſchatella dictus *Park.* nemorum Moſchatellina dictus *C. B.* Radix cava minima viridi flore *Ger. Tuberous Moſcatell.* Martio menſe exeunte & initio Aprilis apud nos floret, in umbroſis ſepibus & ſenticetis, aut etiam ſub arboribus ſolo laxo aut arenoſo.

Capitulo cubico è quinque floſculis compoſito (quibus totidem ſuccedunt baccæ) in uno caule unico, radice denticulos imitata, folio ad Fumariam accedente abunde diſtinguitur tum à congeneribus, tum ab omnibus aliis plantis.

GENUS DECIMUM QUARTUM.

Herbæ multiſiliquæ ſeu corniculatæ, Quæ ad ſingulos flores producunt ſiliquas ſeu corniculas diſjuncta.

§. SEdum majus vulgare *C. B. J. B. Park.* Sempervivum majus *Ger. Houſelcek.* Hanc plantam in Anglia ſponte oriri non auſim fidenter affirmare: ubique tamen in domorum tectis, muris & maceriis vetuſtis & imbricamentis ſeritur. Vires v. Hiſt. noſt. p. 687.

Hujus notæ ſunt folia in globulos oculi bovini æmulos congeſta, lata & ſucculenta, flores in ſurculis reflexis in ſummis caulibus ſtellati: folia caules veſtientia ab inferioribus multum differunt.

§. Tele-

§. Telephium vulgare *C. B.* Telephium ſeu Craſſula major vulgaris *Park.* Craſſula ſeu Faba inverſa *Ger.* Anacampſeros, vulgo Faba craſſa *J. B. Orpine or Live-long.* In umbroſis maximè & ad ſepes, non rarò tamen in agris & paſcuis.

Folia in Telephio non conglobantur in capitula ut in Sedo majori, nam à prima ſtatim germinatione excauleſcit.

§. Rhodia radix *J.B. C. B. Ger. Park.* Telephium roſeum *Moriſon. Roſewort. On the Rocks of the high Mountains of* Snowdon *and* Caderidris *in* Wales; Ingleborough *and* Hardknot *in* Yorkſhire, *&c. plentifully.*

Radice odorata, foliorum colore glauco, & loco natali à Telephio differt, cætera perſimilis.

§. 1. Sedum minus hæmatodes *Ger.* minus flore luteo *J. B.* minus luteum folio acuto *C. B.* Vermicularis & Craſſula minor, vulgaris ſeu Illecebra major *Park. The moſt ordinary yellow Prickmadam or Stonecrop.* In muris & tectis paſſim. Folia huic anguſta, teretiuſcula, acuta, flores lutei.

2. Sedum minus luteum ramulis reflexis *C. B.* minus luteum flore ſe circumflectente *J. B.* Aizoon Scorpioides *Ger.* Vermicularis Scorpioides *Park. Yellow Stonecrop with reflected flowers.* Cum priore, cujus varietas eſſe videtur.

3. Sedum minus à rupe S.Vincentii. *Stonecrop of S.* Vincents *Rock.* Præcedente minus eſt, foliis denſiùs ſtipatis.

4. Sedum purpureum pratenſe *J. B.* minus paluſtre *Ger.* arvenſe ſeu paluſtre flore rubente *Park.* paluſtre ſubhirſutum purpureum *C. B. Small Marſh Sengreen. On the moiſt Rocks about* Ingleborough *Hill, as you go from the Hill towards* Horton *in* Ribbles *Dale, in a ground where Peat is got in great plenty; alſo on* Hartſide *Hill near* Gamblesby *in the way to* Often Cumberland, *and elſewhere.*

Primo pullulatu Sedum minimum acre foliis æmulatur, verùm cum excauleſcit, folia quæ in cauliculis longiora & rubicundiora ſunt. Junio menſe in ſemen abit, deinde emoritur, & ſemine deciduo ſe renovat.

§. Cotyledon vera radice tuberoſa *J. B.* Cot. maj. *C. B.* umbilicus Veneris *Ger.* Veneris vulg. *Park. Wall Penny-wort, Navel-wort, Kidney-wort.* In ſaxis & vetuſtis parietibus.

Folia in imo caule non ſunt ut reliqua circularia neque in eorum umbilicum inſeritur pediculus, ſed ad latus.

§. 1. Helleborus niger hortenſis flore viridi *C. B.* Helleboraſtrum *Ger.* Helleboraſter minor, flore viridante *Park.* Elleborus niger vulgaris flore viridi vel herbaceo, radice diuturna *J. B. Bears-foot, or wild black Hellebore. In* Bigwin *Cloſes near* Cambridg. *It is ſaid alſo to grow plentifully about* Arundel *Caſtle in* Suſſex. An ſponte oriatur locis prædictis, an olim ibi ſatum fuerit vel caſu, vel de induſtria, dubito. Planta humilior eſt quàm ſequentis, ut folia latiora. Superficies quotannis emoritur.

2. Helleboraſter maximus *Ger.* maximus ſeu Conſiligo *Park.* Helleborus niger fœtidus, Erineaphyllon Plinii l. 27. c. 9. *C. B.* Elleborus niger ſylveſtris adulterinus, etiam hyeme virens *J. B.* append. tom. 3. *Great baſtard black Hellebore or Bears-foot, Setter-wort. In the Hedges of ſome Cloſes about* Cherry-Hinton *near* Cambridg. Caſu quodam ibi aliquando ſatum fuiſſe ſuſpicor.

Hellebori notæ ſunt folia digitata, flores non decidui, radices catharticæ.

§. Caltha paluſtris *J. B.* paluſtris vulgaris ſimplex *Park.* paluſtris flore ſimplici *C. B.* paluſtris major *Ger. Marſh Marigold.* In aquoſis & ad fluviorum ripas.

Hujus notæ ſunt flores lutei, Ranunculorum æmuli, abſque perianthio, folia integra, locus paluſtris. Hanc flore pleno ſponteneam invenit D. *Lawſon.*

§ Ranunculus globoſus *Ger. Park. parad.* flore globoſo, quibuſdam Trollius flos *J. B.* montanus, Aconiti folio, flore globoſo *C. B. The globe-flower or Locker-gowlons.* Ad latera montium, inque pratis montoſis in Septentrionalibus Angliæ & Cambriæ copioſiſſime.

Flores non expanduntur, ſed petalis concavis & introrſum modicè reflexis globum imitantur; Folia Aconiti.

§. Plantago aquatica minor ſtellata *Ger. emac.* aquat. minor muricata *Park.* Damaſonium ſtellatum Dalechampii *J. B. Star-headed Water-Plantain.* In aquis ſtagnantibus ſed raris: *as in a Pond at* Rumford *Towns end towards* London *plentifully.*

Foliis

Foliis & floribus tripetalis cum Plantagine aquat. minore convenit, filiculis membranaceis ſtellatim diſpoſitis, plurimis unicuique flori ſuccedentibus ab eadem differt.

§. Aquilegia flore ſimplici *J.B.* vulgaris ſimplex *Park.* ſylveſtris *C. B.* flore cæruleo *Ger.Columbines* : ita dicta quia partes florum incurvatam Columbæ cervicem & roſtellum referunt. In ſylvis & dumetis.

Aquilegiæ notæ ſunt Folia Umbelliferarum modo diviſa, Flores penduli cum pluribus corniculis recurvis, Semina nigra lucida.

§. Juncus floridus *J. B. Park.* floridus maj. *C. B.* Gladiolus paluſtris Cordi *Ger. The flowring Ruſh, or Water Gladiole.* Hujus notæ ſunt folia graminea triangula, caules nudi, flores in umbellam in ſummo caule diſpoſiti. Planta eſt ſingularis & ſui generis, bulboſis affinis eſſe videtur, ad Moly accedit. Naſcitur in fluviorum alveis, foſſis pinguibus, & limoſis.

GENUS DECIMUM QUINTUM.

Herbæ fructu ſicco ſingulari, flore monopetalo.

HÆ præter floris calicem vaſculum ſeu conceptaculum obtinent cui ſemen includitur, ad ſingulos flores unicum ſeu ſingulare, quamvis interdum in plures cellulas diviſum; florem monopetalon, ſeu uniformem, ſive difformem.

§. Hyoſcyamus vulgaris *J. B.* niger *Ger.* niger vel vulgaris *C. B. Park. Common Henbane.* In incultis, ruderatis & pinguibus locis. Vires vide Hiſt. noſt. p. 711.

Notæ hujus ſunt Folia in caule alternatim ſita, vaſcula ſeminalia operculo tecta, quod per maturitatem ab ſcedit, calyx oris quadripartitis acuminatis inſigne, vis narcotica & viroſa.

§. 1. Gentiana paluſtris anguſtifolia *C. B.* Pneumonanthe *Ger.* Gentianella autumnalis Pneumonanthe dicta *Park.* Gen-

tianæ ſpecies, Calathiana quibuſdam, radice perpetua ſeu paluſtris *J. B. Marſh Gentian or Calathian Violet.* In agro Lincolnienſi & Eboracenſi, in ericetis humidioribus paſſim; *as in* Tatterſhal *Park.*

2. Gentiana fugax minor *Ger.* pratenſis flore lanuginoſo *C. B* Autumnalis Centaureæ minoris foliis *Park.* Gentianellæ ſpecies quibuſdam, an Cordo Pneumonanthe aut Gentiana fugax altera Cluſii *J. B. Dwarf Autumnal Gentian or Fell-wort.* In montoſis cretaceis & paſcuis ſiccioribus. Variat magnitudine.

Eſt hæc Gentianella fugax 2. *Cluſ.* cujus nota characteriſtica eſt, quòd ſingulæ floris laciniæ infimâ internâ parte purpurea lanugine pubeſcant: item Gentianella fugax 4. *Cluſ.* i. e. Gentianella brevi folio *C. B.* hanc enim in Britannia non procul Dovera ſe obſervâſſe ſcribit, ubi aliam ſpeciem fruſtra, puto, quæſiveris.

Gentianæ notæ genericæ ſunt folia nervoſa, in caulibus ex adverſo bina, flores calathoides, margine in lacinias aliquot totidem folia imitantes plerunque diviſo, ſapor amarus.

§. Convolvuli notæ ſunt cauliculi perticis aut plantis vicinis ſe circumvolvendo ſcandentes; Vaſculum ſeminale in terna loculamenta, quorum unumquodque ſemina bina majuſcula anguloſa continet, diviſum; Flos campanulatus margine integro; ſuccus lacteus.

1. Convolvulus major *J. B.* major albus *C. B. Park.* Smilax lævis ſeu lenis major *Ger. Great Bindweed.* Ad ſepes locis humectis frequens eſt.

2. Convolvulus minor vulgaris *Park.* qui perperam album & purpureum diverſas ſpecies facit. Conv. minor arvenſis *C. B.* Helxine ciſſampelos multis ſeu Convolvulus minor *J. B.* Smilax lenis minor *Ger. Small Bindweed.* In arvis & ad ſemitas.

3. Convolvulus arvenſis minimus *D. Dent. The leaſt Bindweed.* Cum priore inter ſegetes, *Harleſton* inter & *Everſden* parvum in agro Cantabr. Folia habet anguſta, cuſpidata Sagittariæ ferè in modum, præcedentis foliis multò minora, flores etiam minores.

4. Convolvulus maritimus Soldanella dictus. Soldanella marina *Ger.* maritima minor *C. B.* vulgaris ſive marit. minor *Park.* Braſſica marina ſeu Soldanella *J. B. Sea Bindweed, by ſome improperly called Sea-Colewort,* Scottiſh *Scurvy-graſs.*

graſs. In arenoſis maris litoribus frequens. Vires v. Hiſt. noſt. p. 726.

§. Campanulæ notæ ſunt, capſulam ſeminalem habere in terna loculamenta diviſam, ſeminibus plurimis lucidis ruffis repletam, florem fructui inſidentem; ſucco lacteo ſcatere.

1. Campanula maxima foliis latiſſimis *C. B.* pulchra à Toſſano Carolo miſſa *J. B.* item Trachelium candidum Anglicum majus, foliis ferè Digitalis vel Campanulæ *ejuſdem.* Trachelium majus Belgarum *Park.* majus Belgarum ſive Giganteum *Ger. emac. Giant-Throatwort. In the mountainous parts of* Derbyſhire, Staffordſhire, Yorkſhire, *and elſewhere in the North of* England *plentifully.*

2. Campanula vulgatior foliis Urticæ major & aſperior *C. B.* major & aſperior folio Urticæ *J. B.* Trachelium majus *Ger.* majus flore purpureo *Park. Great Throatwort or* Canterbury-*Bells.* In ſylvoſis & ad ſepes. Variat interdum floris colore albo.

3. Campanula pratenſis flore conglomerato *C. B.* Trachelium minus *Park. Ger. emac.* minus multis *J. B.* item Trachelium ſeu Viola Calathiana herba Anglica *ejuſdem.* Bis deſcripſit & depinxit hanc plantam Gerardus noſtras, unde J. Bauhinus, qui (ut ipſemet ingenuè fatetur) linguam Anglicanam non intellexit, malâ figurâ deceptus eſt. *Little Throatwort or* Canterbury-*Bells.* In paſcuis montoſis & cretaceis.

4. Rapunculus eſculentus *C. B.* eſculentus vulgaris *Park.* vulgaris campanulatus *J. B.* Rapuntium parvum *Ger. Rampions.* In aggeribus foſſarum & arvis requietis.

5. Campanula rotundifolia *Ger.* minor ſylveſtris rotundifolia *Park.* minor rotundifolia vulgaris *C. B.* parva Anguillaræ Cantabrica *J. B. The leſſer round-leaved Bellflower.* In agrorum marginibus, inque dumetis & ad ſepes, præſertim in montoſis.

Folia ima ſubrotunda ſunt, quæ in caulibus longa. Floris color cæruleus, qui interdum variat.

6. Campanula Cymbalariæ foliis *Ger. emac. Park.* Cymbalariæ foliis, vel folio hederaceo *C. B.* Camp. folio hederaceo, ſpecies Cantabricæ Anguillaræ *J. B. Tender Ivy-leaved Bell-flower. On many moiſt and watery Banks in the Weſt of* England, *eſpecially in* Cornwal. *I have found it alſo in the North, as about* Sheffield *in* Yorkſhire. *Mr.* Lawſon *in*

Bagley *Wood near* Oxford. Tenella eſt plantula, humi fuſa, foliis quaſi hederaceis, ejuſdem formæ omnibus, in humidis & juxta aquas natales ejus.

7. Campanula arvenſis erecta vel Speculum Veneris minus *Ger. emac. Park. The leſſer Venus looking-glaſs, or codded Corn-violet.* Inter ſegetes. Speculum Veneris vaſculo ſeminali oblongo in ſiliquam producto, & ſeminibus præ reliquis lucidis & ſplendentibus à cæteris Campanulis differt.

8. Campanula minor Alpina rotundioribus imis foliis *Cluſ. The leſſer mountain Bell-flower, with the lower leaves round.* In excelſis rupibus montis Snowdon copioſé. Figura Cluſiana ex ſententia C. Bauhini eſt Campanulæ minoris rotundifoliæ vulgaris. D. *Lloyd.*

9. Rapunculus corniculatus montanus *Ger.* flore globoſo purpureo *J. B.* folio oblongo, ſpica orbiculari *C. B.* alopecuroides orbiculatus *Park. Horned Rampions with a round head or ſpike of flowers. On the Downs of* Suſſex *and* Hampſhire *in many places.*

10. Rapunculus Scabioſæ capitulo cæruleo *C. B. Park.* Scabioſa globularis, quam ovinam vocant *J. B.* Scab. minima hirſuta *Ger. emac. Hairy Sheeps Scabious, or rather Rampions with Scabious heads.* In arenoſis & ſterilioribus requietis agris & paſcuis.

Floſculi corniculati, plurimi in unum capitulum ceu florem totalem congelti Rapunculum corniculatum à reliquis hujus generis diſtinguunt. Secunda ſpecies à priore facilè diſcernitur loco natali, magnitudine quâ eam ſuperat, foliis anguſtis hirſutis non crenatis, florum colore cæruleo.

§. 1. Pinguicula Geſneri *J. B.* Pinguicula ſeu Sanicula Eboracenſis *Ger. Park.* Sanicula montana flore calcari donato *C. B. Butterwort or* Yorkſhire *Sanicle.* In locis humidis, uliginoſis & paluſtribus, præſertim montanis.

2. Pinguicula flore minore carneo. *Butterwort with a ſmall fleſh-coloured flower.* In Cornubia locis paluſtribus circa Kilkhamton & alibi. Folia huic circa margines reflexa, pellucida fere & venis rubentibus ſtriata; flores quàm in vulgari minores, pallidiores & ad colorem incarnatum dictum accedentes.

Cæterùm Pinguiculæ notæ ſunt flores violas referentes in ſingulis pediculis ſeu cauliculis ſinguli; Folia pallida, humi ſtrata, humore pingui madentia.

§. Linariæ

§. Linariæ character genericus eſt flos rictum exprimens, calcari donatus, cui ſuccedit vaſculum bivalve.

1. Linaria lutea vulgaris *Ger. J. B.* vulgaris noſtras *Park.* vulgaris lutea flore majore *C. B. Common yellow Toadflax.* Ad agrorum margines & vias publicas, inque paſcuis ſterilioribus.

2. Linaria odorata Monſpeſſulana *J. B.* An Linaria capillaceo folio erecta, flore odoro *C. B?* Linaria caryophyllata albicans *Park? Blue Sweet-ſmelling Toadflax.* In Cornubia non longe ab oppido Peryn Occidentem verſus, in ſepibus.

Floribus pallidè cæruleis ſtriatis à præcedente ſatis diſtinguitur.

3. Linaria Elatine dicta folio acuminato. Elatine folio acuminato *Park.* fœmina folio anguloſo *J. B.* altera *Ger.* fol. acum. in baſi auriculato, flore luteo *C. B. Sharp-pointed Fluellin.* Inter ſegetes & in arvis demeſſa ſegete, nam ſeriùs floret.

4. Linaria Elatine dicta folio ſubrotundo. Elatine folio ſubrotundo *C. B. Park.* mas folio ſubrotundo *J. B.* Veronica fœmina Fuchſii ſeu Elatine *Ger. Round-leaved Female Fluellin.* Cum priore, à qua parùm differt.

Elatine parvitate ſua, flagellis tenuibus per terram ſparſis, foliis hirſutis, hederaceis, à reliquis Linariis abundè diſtinguitur.

5. Linaria Antirrhinum dicta. Antirrhinum arvenſe minus *C. B.* minimum *J. B.* minimum repens *Ger. emac.* Sylveſtre minimum *Park. The leaſt Calves ſnout or Snapdragon.*

Parvitate ſua, foliis anguſtis Antirrhini colore & craſſitie, rariùs diſpoſitis à reliquis Linariis differt.

§. Antirrhinum anguſtifolium ſylveſtre *J. B.* arvenſe majus *C. B.* ſylveſtre medium *Park.* minus *Ger. The leſſer wild Calves ſnout or Snapdragon.* In arvis ſolo arenoſo.

Notæ Antirrhini ſunt flos rictum exprimens, calcari carens: vaſculum in bina loculamenta diviſum, è tribus foraminibus ſemina fundens, vituli caput & nares referens.

§. Scrophu-

§. Scrophulariæ notæ ſunt flos auriculatus; vaſculum bivalve, ſubrotundum acuminatum, ſeminibus parvis fuſcis repletum; folia in caule contrariis inter ſe pediculis bina.

1. Scrophularia aquatica major *C. B.* maxima radice fibroſa *J. B.* Betonica aquatica *Ger.* aquat. major *Park.* *Water Betony, but more truly Water-Figwort.* Ad ripas fluviorum in ipſis aquis.

2. Scrophularia major *Ger.* major vulgaris *Park.* vulgaris & major *J. B.* nodoſa fœtida *C. B.* *Common knobby-rooted Figwort.* In ſylvis, dumetis & ſepibus. Vires v. Hiſt. noſt. p. 765.

§. Digitalis purpurea *J. B. Ger.* purp. vulgaris *Park.* purp. folio aſpero *C. B.* *Purple Fox-Glove.* Variat interdum floris colore albo, ſed rariùs. Vires v. Hiſt. noſt. p. 767.

Digitalis notæ ſunt Flos concavus labiatus pendulus, dactyliothecam referens; vaſculum bivalve innumeris ſeminibus repletum. Flores crebri in ſpica verſus unam partem ſpectant.

§. 1. Pedicularis ſeu Criſta galli lutea *Park.* pratenſis lutea vel Criſta galli *C. B.* Criſta galli *Ger.* galli fœmina *J. B.* *Yellow-rattle or Cocks-Comb.* In paſcuis ſterilioribus.

2. Pedicularis pratenſis rubra vulgaris *Park.* prat. purpurea *C. B* Pedicularis *Ger.* Pedicularis quibuſdam Criſta galli flore rubro *J. B.* *Red-rattle.* In paſcuis & ericetis humidioribus.

3. Pedicularis paluſtris rubra elatior. An Pedicularіæ campeſtris prior ſpecies *Trag?* *Great marſh Red-rattle or Louſe-wort.* Invenitur interdum flore albo, D. *Lawſon.*

Pedicularis notæ ſunt flores galeati, vaſculum bicapſulare. Florum calyces tumidæ & velut inflatæ, folliculos ſeminum occultantes.

§. Euphraſiæ notæ ſunt folia venoſa ſerrata, flores galeati, ſemina albicantia ſeu cinerea.

1. Euphraſia *J. B. Ger.* vulgaris *Park.* Officinarum *C. B.* *Eyebright.* In paſcuis poſt mediam æſtatem in Autumnum uſque floret. Vires v. Hiſt. noſt. p. 772.

2. Euphra-

2. Euphrasia pratensis rubra *C. B.* pratensis rubra major *Park.* parva purpurea *J. B.* Cratæogonon Euphrosynes facie *Ger. Eyebright Cow-wheat.* In pratis & inter segetes passim. Floris color variat, nunc intensiùs ruber, nunc dilutiùs, & ferè carneus, interdum etiam albet. Apud nos palmarem altitudinem, quam ei Jo. Bauhinus attribuit, multum superat.

3. Euphrasia rubra Westmorlandica, foliis brevibus obtusis. *Eyebright Cow-wheat with short blunt leaves.*

Radix ei alba, dura, & (ut mihi videbatur) repens, fibris majusculis prædita. *Caules* semipedales, graciles, erecti, rigidi, non ramosi, nonnihil hirsuti, fragiles. *Folia* per paria sine pediculis cauli adnascuntur, figurâ & magnitudine Alsines Chamædryfoliæ, rugosa, per margines dentata, viroris ad cinereum tendentis, & nonnihil splendentia. *Flores* in summis cauliculis ex alis foliorum exeunt, brevibus pediculis nixi, figurâ (quantum è marcescentibus conjicere potui) florum Cristæ galli, colore purpureo obsoleto, è calyce quadripartito: quibus succedunt vascula ventricosa, in binas partes impressâ lineâ divisa. Semina albicantia Cratæogoni. Sapor plantæ acris nonnihil & amarus. Prope *Orton* vicum in Westmorlandia, juxta rivulum qui decurrit secus viam qua inde Crosbeiam itur.

4. Euphrasia major lutea latifolia palustris. An Cristæ galli affinis planta Romana seu Crista galli major Italica *J. B. Great yellow marsh Eyebright.*

Cratæogono Euphrosynes facie aut Cristæ galli non admodum dissimilis est. *Radix* ei simplex, alba, sapore nullo insigni. *Caulis* pedalis, teres, hirsutus. *Folia* in caulibus nunc bina ex adverso, nunc alternatim adnata absque pediculis; è lata basi in tenuem mucronem sensim desinentia, sescunciam longa, per margines dentata, rugosa. Ex alis foliorum emergunt *flores* Fistulariæ, galeati, flavi, labello latiusculo, in tres lacinias diviso, è calyce oblongo, striato, in quatuor segmenta expanso. *Vasculum seminale* oblongum, in binas cellulas divisum, gestans in apice stylum prælongum à flore residuum. *Semen* exiguum, rotundum, ruffum.

Hæc planta figura & colore seminum ab Euphrasia differt, suúmque & proprium genus constituere videtur.

§. Melam-

§. Melampyri notæ ſunt ſemina magna, Tritici granorum æmula, Folium breve laciniatum & canaliculatum pericarpium ſinu ſuo excipiens, Flores galeati.

1. Melampyrum criſtatum *J. B.* an luteum anguſtifolium *C. B. Park.? Creſted Cow-wheat.* In ſylvis Cantabrigienſibus & Bedfordienſibus copioſé.

Spicæ huic craſſæ, quadratæ, ex foliis criſtatis compoſitæ, quorum unumquodque florem & ſiliquam ſinu ſuo ceu alveolo excipit.

2. Melampyrum ſylvaticum flore luteo ſive Satureia lutea ſylveſtris *J. B.* luteum latifolium *C. B.* Cratæogonum vulgare *Park.* Cratæogonon album *Ger. Common wild Cow-wheat.* In ſylvis & dumetis, & ad vetuſtarum Quercuum radices.

GENUS DECIMUM SEXTUM.

Herbæ flore tetrapetalo uniformi ſiliquoſæ.

§. 1. LEucoium marinum maximum *Park.* item marinum majus *ejuſdem.* Leuc. maritimum Camerarii *J. B.* item maritimum magnum latifolium *ejuſdem.* Maritimum ſinuato folio *C. B.* marinum purpureum Lobelii *Ger. emac. Great Sea Stock Gillyflower with a ſinuated Leaf.* In maritimis Cambriæ litoribus arenoſis, *as about* Abermeney Ferry *in the Iſle of* Angleſey, *at* Aberdaren *in* Carnarvanſhire, *and alſo on the Coaſt of* Cornwal.

De nominibus hujus plantæ conſule Hiſt. noſt. p. 780.

Leucoii notæ ſunt, Flos major, odoratus, ſiliquæ longæ compreſſæ, bivalves, membranâ intergerinâ ſecundum longitudinem in bina loculamenta diviſæ, ſemina itidem compreſſa.

2. Leucoium luteum, vulgò Cheiri flore ſimplici *J. B.* luteum vulgare *C. B.* Keiri ſive Leucoium vulgare luteum *Park.* Viola lutea *Ger. Wall-flower or Wild Cheir.* In muris antiquis & tectis. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 782.

Foliorum colore viridi & formâ acuminatâ, ſed præcipuè florum colore luteo, à Leucoio maritimo differt.

Leucoium

§. Leucoium ſive Lunaria vaſculo ſublongo intorto in *Catal. Plant. Angl.* Thlaſpi nobis inſcribitur, verum cùm vaſculum ſeminale ſublongum ſit, & membrana intergerina ad ejuſdem latitudinem parallela, Lunariis Violis adjungendam duximus. *Lunar Violet with a wreathen Cod.* In udis propè ſcaturigines aquarum ad latera montium *Ingleborough* & *Hincklehaugh.* Antequam excauleſcit Paronychiæ vulgari non diſſimile eſt.

§. 1. Paronychia vulgaris *Ger.* vulgaris Alſines folio *Park.* Burſa paſtoris minor loculo oblongo *C. B.* paſtoria minima oblongis ſiliquis, ſeu verna loculo oblongo *J. B. Common Whitlow graſs.* Ubique ferè in ſiccioribus, Martio menſe floret. Annua eſt planta.

2. Paronychiæ ſimilis ſed major perennis Alpina repens. In ſummis rupibus *Hyſväe* dictis *Nant Phrancon* valleculæ imminentibus, in agro Arvonienſi. Seminium non vidit *D. Lloyd*, proinde dubitavit annon fortè Thlaſpi vel Lunaria vaſculo ſublongo intorto nobis dicta fuerit.

3. Burſa paſtoris major loculo oblongo *C.B.* Burſæ paſtoriæ loculo ſublongo affinis pulchra planta *J. B.* Thlaſpi Veronicæ folio *Park. Great Shepherds Purſe with long Pouches. On the ſides of the Mountains in ſeveral Parts of* Craven, Yorkſhire.

Tres præcedentes plantæ ſiliquas habent breves latas, Violæ Lunariæ dictæ in modum, membranâ valvulas diſſepiente ſiliquæ plano parallelâ; tertia ſpecies à ſecunda loco natali, magnitudine ſua, & foliorum hirſutie differt.

§. Alliaria *Ger. Park. J. B. C. B. Jack by the Hedge, Sawce alone.* In aggeribus foſſarum. Foliis ſubrotundis, odore Allii, ſemine ſublongo ab aliis tetrapetalis ſiliquoſis diſtinguitur.

§. Braſſica arborea ſeu procerior ramoſa maritima *Moriſoni.* An Braſſica rubra vulgaris *J. B? Sea Colewort or Cabbage. On* Dover *Cliffs, and divers other the like Places.* Vires v.

Braſſicæ notæ ſunt folia in hoc genere maxima, glauca ſeu ſubcœrulea, carnoſa, ſemina rotunda, minùs acria.

§. Turritis

§. Turritis *Ger.* vulgatior *J. B. Park.* Brassica sylvestris foliis integris & hispidis *C. B. Tower Mustard.* In agro Norwicensi, via inter Nordovicum urbem & *Yarmouth* oppidum mediâ in sepibus, item circa *Slough* vicum viâ regiâ Londinum ducente, in aggeribus sepium; in colle *Dorsthill* non longè à *Tamworth* oppido in agro Warwicensi: *also on the Banks by the High-way-side as you go up the Hill from* Lexden *to* Colchester.

Foliis imis hispidis, quæ caulem vestiunt glabris, glaucis; siliquis teretibus erectis, cauli approximantibus & ferè parallelis, ab aliis hujus generis nullo negotio distinguitur.

§. Barbarea muralis *J. B.* Erysimo similis hirsuta planta *Park.* Erysimo similis hirsuta, non laciniata alba *C. B. Wall-Cress or Tower-Mustard with Daisie Leaves.* In rupibus & muris antiquis inque pascuis siccioribus montosis, in Occidentalibus & Borealibus Angliæ regionibus. Ostensa est nobis aliquando pro Turriti minore, & revera magnam habet cum Turrita vulgari convenientiam, ut non ineptè ità denominari posset. Folia ima ad Bellidem accedunt, verùm hirsuta sunt, colore viridi.

§. Brassica spuria minima, foliis hirsutis & glabris. Bursa pastoria seu Pilosella siliquosa *J. B.* Bursæ pastoriæ similis siliquosa major & minor *C. B.* Paronychia major & altera minor *Park. Codded Mouse-ear.* In arenosis & siccioribus ut formicarum cumulis.

Folia ima hirsuta, quæ in caule glabra: parvitate sua, flore lacteo, siliquis tenuibus, sparsis, & à caule abscedentibus à Turriti differt satis.

§. Rapa sativa rotunda *C. B.* Rapum majus *Ger.* Rapum *Park.* Rapum sativum rotundum *J. B. Round-Turneps.* In agris seruntur radicum causà, tum hæc, tum sativa oblonga.

2. Rapa sativa oblonga seu fœmina *C. B.* Rapum radice oblonga *Ger. emac. Long-rooted Turneps.* Vires v. H.n. p. 801.

§. Napus sylvestris *J. B. C. B.* Bunias seu Napus sylvestris nostras *Park.* Bunias sylvestris Lobelii *Ger. Wild Navew.* Inter segetes & in aggeribus fossarum. Est hæc fortassis Rapum sylvestre non bulbosum Lobelii *Adv.* certè planta illa quæ in insula Elliensi seritur, unde oleum *Rape Oil* dictum expri-

exprimitur, huic eadem videtur; proinde Rapum ſylveſtre & Napus ſylveſtris una eadémque fortaſſe planta ſunt; quòd ſi diverſæ fuerint, quam pro Napo ſylveſtri hactenus habuimus, Rapum potiùs ſylveſtre cenſenda eſt: ſiquidem Napus ſativa nobis peregrina eſt; quidni & ſylveſtris?

§. Sinapeos notæ ſunt ſapor foliorum, ſed præcipuè ſeminum, fervidus & acerrimus; folia tam quæ in caulibus, quàm quæ ad radicem aſpera, quamvis in aliis ſpeciebus magis, in aliis minus, ut in Sinapi vulgari fere glabra videantur, flores lutei, quorum calyces quamprimum flores aperiuntur dehiſcunt & ſe aliquantulum expandunt.

1. Sinapi ſativum ſecundum *Ger. emac. deſcr.* Sinapi ſiliquâ latiuſculâ glabra, ſemine ruſſo, ſive vulgare *J. B. Common Muſtard.* In hortis & areis, ínque foſſarum aggeribus & terrâ recens effoſsâ. Vires v. Hiſt. noſt. p. 803.

Cæteris ſpeciebus, Rapiſtris dictis, elatius eſt, ſupremo caule & ramis glabris, ſiliquis brevibus, cauli appreſſis & fere quadrangulis ſeminibus minimis in hoc genere.

2. Rapiſtrum arvorum *Ger. Park.* flore luteo *J. B. C. B. Charlock or Wild Muſtard.* Inter ſegetes nimis frequens.

Statura humiliore, ſiliquis longioribus, majoribus, non quadratis, à caule aliquantulum extantibus, ſemine etiam majore, nigriore à præcedente differt.

3. Sinapi ſiliqua hirſutâ, ſemine albo vel ruſſo *J. B.* Sinapi album *Ger.* Apii folio ſeu album *C. B.* Aſt folia Apii non habet hoc genus, ſed Rapi. *White Muſtard.*

Foliis profundiùs & crebriùs laciniatis, ſiliquis à caule extantibus, hirſutis, & ſeminibus protuberantibus velut nodoſis in latum tenuem & oblongum ſeu ξιφοειδῆ mucronem deſinentibus, ſeminibus maximis à præcedentibus ſpeciebus differt.

§. Rhaphani notæ ſunt ſiliquæ craſſæ, fungoſæ, membrana intergerina non diſſeptæ, at neque manifeſtè bivalves, in nonnullis ſpeciebus iſthmo ſemina intercedente, velut nodoſæ.

1. Rhaphanus *J. B.* ſativus *Ger.* vulgaris *Park.* minor oblongus *C. B. Radiſh.* Inter Paſtinacas tenuifolias non raro ſeritur. Vires vide Hiſt. noſt. p 805.

2. Rhaphanus ſylveſtris *Ger.* Rapiſtrum album articulatum *Park.* flore albo, ſiliquâ articulatâ *C. B.* flore albo ſtriato, Sinapi album agreſte Trago *J. B. White-flower'd Charlock*

with

with a jointed Cod. Inter ſegetes paſſim & copioſé.

Siliquæ huic glabræ, cùm reliqua planta hirta ſit, nodis inſtar caudæ Scorpionis diſtinctæ; flores Leucoii, è calice exeuntes eorum inſtar, nec enim in hac ſpecie, ut in reliquis Rapiſtris dictis, flore ſe aperiente dehiſcunt calyces.

3. Rapiſtrum flore luteo, ſiliquâ glabrâ articulatâ ſolo floris colore à præcedente differt, & eodem in loco reperitur.

§. Erucæ notæ ſunt folia laciniata glabra, ſiliquæ anguloſæ, odor fœtidus.

1. Eruca ſylveſtris *Ger. Dod.* ſylveſtris vulgatior *Park.* major lutea, caule aſpero *C. B.* tenuifolia perennis flore luteo *J. B. Wild Rocket.* Circa muros, inque ipſis muris & ruderibus multis in locis: *as on the Walls of* Cheſter, Taunton Caſtle, Yarmouth, Lichfield Cloſe, Barwick, *&c.*

2. Eruca Monenſis laciniata lutea. An Eruca ſylveſtris minor lutea Burſæ paſtoris folio *C. B. Jagged yellow Rocket of the* Iſle of Man. *Between the landing place at* Ramſey *and the Town plentifully. Found by* Mr. Lawſon, *in* Sella *Fields* Sea-bank Cumberland, *alſo between* Marſhgrainge *and the* Iſle of Walney, *but not plentifully.*

§. Erucæ ſpuriæ folia, ut in reliquis, laciniata ſunt, verùm flores minores, ſiliquæ breviores & ſtrictiores, odor & ſapor Naſturtii.

1. Eruca aquatica *Ger. emac. Park.* Eruca quibuſdam ſylveſtris repens, floſculo parvo luteo *J. B.* Eruca ſylveſtris minor luteo parvóque flore *C. B.* Sium alterum aquaticum luteum vel Cardamine tenuifolia montana *Col. Water Rocket.* Ad fluvios & foſſas, necnon in alveis torrentum ſiccatis arenoſis & ſaxoſis. Vide quæ de ſynonymis hujus plantæ adnotavimus Hiſt. noſt. p. 808.

2. Eruca lutea latifolia ſeu Barbarea *C. B.* Barbarea *J. B. Ger.* flore ſimplici *Park.* Naſturtium hybernum *Thal. Winter-creſſes, or Rocket.* In muris & aggeribus juxta rivulos & aquas fluentes, non rarò etiam in campeſtribus cultis.

Tota planta glabra eſt, folia atroviridia, flores in longas ſpicas excurrunt. ſiliquæ tenues, cauli appreſſæ ſeu proximæ.

3. Eruca hirſuta, ſiliquâ cauli appreſſâ, Eryſimum dicta. Eryſimum vulgare *C. B.* Eryſ. Dioſcoridis Lobelio *Ger.* Er. Tragi. floſculis luteis, juxta muros proveniens *J. B.* Irio ſive Eryſimum vulgare *Park. Hedge-Muſtard, by ſome Scram-*

ſcrambling Rocket. Ad ſepes & muros, inque locis ruderatis.

Flores huic lutei, qui cum ſucceſſivè aperiantur, & ſiliquæ breves caulibus apprimantur, in ſpicas prætenues & prælongas excurrunt: ſemina parva ſublonga.

§. Eryſimi nomine donamus plantas ſiliquis longis & tenuibus, ſtrictioribus quàm Erucæ, flore luteo.

1. Eryſimum Galeno & Theophraſto, Myagro affinis planta ſiliquis longis *J. B.* Camelina *Ger.* Camelina ſive Myagrum alterum amarum *Park.* Myagrum ſiliquâ longâ *C. B. Treacle-Wormſeed.* In inſula Elienſi in ſalicetis prope urbem *Ely* copioſam obſervavimus: item prope *Aſhburn* oppidum in Pecco Derbienſi dicto.

Folia huic integra ſunt, anguſta oblonga; ſiliquæ quadratæ tenues, à caule extantes, ſemina fulva oblonga amara.

2. Eryſimum latifolium Neapolitanum *Park.* latifolium majus glabrum *C. B.* Irio lævis Apulus Erucæ ſolio *Col. Smoother broad-leaved Hedge-Muſtard.* Circa Londinum variis in locis; *as between the City and* Kenſington *in great plenty, alſo about* Chelſey. *After the great Fire in* London *in the Years* 1667, 1668, *it came up abundantly among the Rubbiſh in the Ruines. I have alſo obſerved it elſewhere, as about the Houſe of my honoured Friend* Edward Bullock, *Eſq; at* Faulkbourn *in* Eſſex; *alſo on the Walls of* Berwick *upon* Tweed.

This hath ſmall yellow Flowers, and cods longer by much than thoſe of the common Eryſimum, *not clapping cloſe to the Stalk, as in that, but ſtanding out from it; it's alſo a much leſſer and lower Plant.*

3. Eryſimum Sophia dictum. Sophia chirurgorum *Ger. Park.* Naſturtium ſylveſtre tenuiſſimè diviſum *C. B.* Seriphium Germanicum ſeu Sophia quibuſdam *J. B. Flixweed.* In locis ruderatis, lapidoſis & arenoſis, inque veteribus maceriis.

Folia tenuiſſimè diviſa, floſculi minimi, ſiliquæ prætenues ad hanc à reliquis diſcriminandum ſufficiunt.

§. Cardamines nomine nobis cenſentur plantæ flore tetrapetalo albo, ſiliquis anguſtis, valvulis per maturitatem revolutis, diſſilientibus, & ſemina cum impetu ejaculantibus, foliis in pleriſque ſpeciebus pinnatis. Naſturtium aquaticum vulgare ob convenientiam in aliis notis huc retulimus, quam-

vis filiquæ ejus non dissiliant, breviores quoque & habitiores sunt quàm reliquarum.

1. Nasturtium aquaticum amarum *Park.* aquat. 2. seu majus & amarum *C. B.* Sisymbrium Cardamine seu Nasturtium aquaticum flore majore elatius. *Bitter Cresses. It is common in boggy and watery Places. I have observed it near* Darking *in* Surrey. Braintree *in* Essex, Middleton *in* Warwickshire, *and elsewhere.*

2. Cardamine *Ger.* Nasturtium pratense majus seu Cardamine latifolia *Park.* Nast. prat. I. seu pratense magno flore *C. B.* Iberis Fuchsii seu Nasturtium prat. sylvestre *J. B. Ladies-smock or Cuckow-flower.* In pratis, locis humidis & ad rivulos passim. Folia ima ex pinnulis latis & subrotundis componuntur, quæ in caulibus in tenues & oblongas portiunculas seu pinnulas divisa: Flores ampli, ex albo purpurascentes, petalis venosis. *Mr.* Lawson *observed it* flore pleno *in* Little Strickland *Pastures in* Westmorland.

3. Cardamine impatiens, vulgo Sium minus impatiens *Ger.* minimum, *Noli me tangere* dictum, sive impatiens Nasturtii sylvestris folio *Park.* An Sisymbrii Cardamines species quædam insipida *J. B.*? *Impatient Ladies-smock. Among the Stones under the Scars near* Wherf, *a Village some three miles distant from* Settle, Yorkshire. Hujus descriptionem v. Hist. nost. p. 815. Suspicamur autem plantam nobis hoc in loco visam & descriptam non fuisse Sium minimum *Alpini*, sed Sium Matthioli & Italorum *Lob.* Nasturtium aquaticum Italicum *Park.* aquat. erectum folio longiore *C. B.* quod & in Essexia copiosum observavimus.

4. Cardamine impatiens altera hirsutior. Sisymbrium Cardamine hirsutum minus flore albo *J. B.* malè imprimitur purpureo, ut patet ex descriptione. An Cardamine minor [illegible] *D. Lloyd*, quam inter segetes & in hortis passim prosenire ait, tum in agro Salopiensi propè *Oswaldstry*, tum Montis Gomerici propè *Llanwylhin.* Nasturtium aquaticum minus *C. B. The lesser hairy impatient Cuckow-flower or Ladies smock. This is very common in* Warwickshire, *in Gardens and moist places, flowering in the beginning of the Spring.* Folia huic hirsutiora sordidius virent, pauciores habent pinnulas ad mediam costam, [nes plerunque conjugationes,] caule humiliores sunt, nec adeò rigidi & erecti.

5. Cardamine pumila Bellidis folio Alpina *Ger. emac.* Plantula Cardamines alterius æmula *Park.* Nasturtium Alpinum

num Bellidis folio minus *C. B.* Sinapi pumilum Alpinum Bellidis folio Clusio *J. B. Daisie-leaved Ladies Smock. Found by Mr.* Newton *on S.* Vincent's *Rock near* Bristol.

6. Sisymbrium Cardamine, seu Nasturtium aquaticum *J. B.* Nasturtium aquaticum vulgare *Park.* aquaticum supinum *C. B.* aquaticum seu Crateræ Sium *Ger. Water Cresses.* In aquis vadosis circa piscinas & rivulos frequens, Junio & Julio mensibus floret.

Siliqua huic breves, habitiores, à caule extantes per maturitatem tactu non dissiliunt ut in præcedentibus.

7. Nasturtium aquaticum foliis minoribus præcocius. *Early-flowering Water Cresses with smaller leaves. Observed by Mr.* Dale, *together with the precedent in the same places.*

§. 1. Rhaphanus aquaticus alter *C. B. Park.* Rapistrum aquaticum *Tab. Ger.* Radicula sylvestris seu palustris *J. B. Water-Radish.* In aquis fluentibus & rivis.

Siliquis curtis cum Rhaphano rusticano convenit; floribus luteis, foliis minoribus & ad pediculum laciniatis ab eodem differt.

2. Rhaphanus rusticanus *Ger. Park. C. B.* sylvestris seu Armoracia multis *J. B. Horse Radish. We found it plentifully about* Alnwick, *and elsewhere in* Northumberland *in the Ditches and by the Waters sides; and Dr.* Lister *upon the Banks of* Skipton beck, *and elsewhere in* Bolland *in* Craven. Vires vid. Hist. nost. p. 820.

Floribus albis, foliis magnis integris oblongis, radice reptatrice, vivaci, Rhaphani sapore acri, siliquis parvis curtis ab aliis plantis distinguitur.

§. Myagrum *Ger.* sativum *C. B.* Myagrum dictum Camelina *J. B.* sylvestre seu Pseudomyagrum *Park.* item Myagrum sativum *ejusdem.* Sesamum *Trag. Gold of Pleasure.* Inter segetes Lini non rarò invenitur.

Myagrum vocamus herbam Tetrapetalam siliculosam capsulis tumidioribus, floribus luteis, seminibus ruffis.

§. Cochleariæ notæ sunt statura humilis, vascula sem. modicè tumida, folia subrotunda, crassa, succulenta, semina globosa; locus maritimus, flores albi.

1. Cochlearia *J. B.* rotundifolia *Ger.* major rotundifolia, sive Batavorum *Park.* folio subrotundo *C. B. Common round-leaved Scurvy-grass or Garden Scurvy-grass.* Ad litus maris

variis in locis, præsertim in Cumberlandia & Lancastria, ubi in ipsis etiam scopulis è saxorum fissuris exit. *We have also found it near little rills of Water, running down the sides of Hills, at a great distance from the Sea, as near* Castleton *in the* Peak *of* Derby, *upon* Penigent *and* Ingleborough Hills, *and upon* Stanemore *in* Yorkshire, *near the* Spittle. Hujus autem quæ in montibus oritur folia multò minora sunt & rotundiora, planioráque foliis ejus quæ ad mare, & Cotyledonis foliis; ut dubitaverim aliquando annon media quædam Cochleariæ species esset.

2. Cochlearia folio sinuato *C. B.* vulgaris *Park.* Britannica *Ger. English or common Sea-Scurvy-grass.* In salsis maritimis plurimis in locis. Foliis, imis etiam, angulosis aut sinuatis à præcedente differt.

Thlaspi hederaceum *Lob. Ger. Park.* Nihil aliud esse suspicor quàm hoc genus Cochleariæ, quæ non rarò foliis triangulis, hederaceorum æmulis provenit.

3. Cochlearia minor rotundifolia nostras & *Park. The lesser round-leaved Scurvy-grass.* Primæ speciei similis est sed minor, folia angulosa, præsertim quæ in caulibus. *On the Coast of* Anglesey *about* Beaumaris, *as also on the Coast of* Carnarvanshire.

4. Cochlearia marina folio anguloso parvo *Dr. Lawson. Small Sea-Scurvy-grass with corner'd Leaves.* In Walney Lancastriæ insula. An à præcedente differat mihi nondum satis constat. Vires Cochleariæ vid. Hist. nost. p. 822.

§. 1. Nasturtium sylvestre J. Bauhini, Thlaspi angustifolium Fuchsii *J. B.* Thlaspi minus *Ger.* Nasturtium sylvestre Osyridis folio *C B. Park. Narrow-leaved wild Cresse. Near the Sea in many places*, v. g. *at* Maldon *in* Essex, Lynne *in* Norfolk, Truro *in* Cornwal, *&c.*

Foliis è radice laciniatis, quæ caules occupant integris angustis oblongis; floscules minimis, Nasturtii sapore & odore valido, ejusdémque capsulis facilè innotescit hæc herba.

2. Nasturtium petræum *Tab. Ger.* Bursa pastoris minor *Park.* minor, foliis incisis & Thalii *C. B.* Bursa pastoria minima *Ger.* parva folio glabro spisso *J. B. The lesser Shepherds Purse or Rock-cresse.* In arenosis nonnunquam & petrosis.

Parvitate sua, foliis glabris, crassis Bursæ past. cauliculis plurimis non rarò foliis viduis, capsulis Nasturtii, ab aliis hujus generis distinguitur.

3. Na-

3. Nasturtium sylvestre Erucæ affine *C. B.* sylv. Valentinum Clusio *J. B. Park.* Eruca Nasturtio cognata tenuifolia *Ger. Cresse-Rocket. Found by Mr.* Lawson *on* Salisbury-Plain, *not far from* Stonehenge.

4. Nasturtium petræum *Johnsoni* Merc. Bot. part. alt. *Dr. Johnson's Rock-Cresse.* Passim in excelsis rupibus Arvoniæ & Merviniæ, v. g. *Moelyn rhudh* juxta *Phestiniog, y Clogwyn du y yr Ardhu, & Clogwyn y Garnedh* prope *Lhanberys.* D. Lloyd.

§. Lepidium latifolium *C. B.* Lepid. Pauli *J. B.* Piperitis seu Lepidium vulgare *Park.* Rhaphanus sylvestris Officinarum, Lepidium Ægineta Lobelio *Ger. Dittander, Pepperwort.*

Notæ hujus sunt folia integra magna, flosculi parvi albi, siliquæ itidem parvæ, radix reptatrix, odor & sapor Piperis. *Near the Hythe at* Colchester, *and at* Heybridge *near* Maldon *by the Water-side plentifully.*

§. Thlaspeos notæ sunt vascula seminalia compressa; membrana cellulas disterminans ad latitudinem seu planum siliquæ transversa, semen acre.

1. Thlaspi vulgatius *J. B.* vulgatissimum *Ger.* Vaccariæ folio *Park.* arvense, Vaccariæ incano folio majus *C. B. Mithridate Mustard, Bastard Cresses.* Inter segetes variis in locis.

Siliculæ Nasturtii hort. bina tantum semina, hinc inde unum continent: Semen acre Nasturtii.

2. Thlaspi Vaccariæ incano folio perenne. An Thlaspi capsulis hirsutis *J. B.? Perennial Mithridate-Mustard.* In montosis Cambrobritanniæ & alibi observavi.

Flores triplo etiam majores quàm præcedentis, capsulæ longiores & hirsutiores.

3. Thlaspi Dioscoridis *Ger.* Drabæ folio *Park.* cum siliquis latis *J. B.* arvense siliquis latis *C. B. Treacle-Mustard, Penny-Cress. I have found it in many places, as in the Fields about* Wormingford *in* Essex *plentiful; also at* S. Osyth *in* Tendring *Hundred; at* Stone *in* Staffordshire, *and* Saxmundham *in* Suffolk.

Siliquarum magnitudine ab omnibus hujus generis nostratibus abundè distinguitur: tota planta glabra est.

4. Thlaspi foliis Globulariæ *J. B.* montanum Glasti folio minus *Park. C. B. app.* Thlaspeos albi supini varietas

Ger. emac. Thlaspi Alpinum Bellidis cæruleæ folio *C. B. Treacle-Mustard with Leaves like* Globularia. *In the Pastures about the ebbing and flowing Well, a Mile from* Settle *in* Yorkshire *toward* Ingleborough; *as also in many places of the mountainous Pastures between* Settle *and* Malham. Radice est reptatrice, præcedentibus minor & humilior.

5. Thlaspi Vaccariæ folio glabrum. *Smooth Mithridate-Mustard.* Tum folia, tum siliquæ glabræ sunt. *Found by Mr. Lawson.*

6. Thlaspi satuum, Bursa pastoris dictum. Bursa pastoris *J. B. Ger.* major vulgaris *Park.* major folio sinuato *C. B. Shepherds Purse.* Secus vias locis desertis & incultis, inque areis, compitis & ruderibus passim. Vires vid. Hist. nost. p. 838.

Tetrapetalæ siliculosæ monospermæ.

§. Brassica marina monospermos *Park.* marina Anglica *Ger.* monospermos Anglica *J. B.* maritima *C. B. Sea-Colewort.* In arenosis maris litoribus circa Angliam ubiq; ferè.

Foliis carnosis cæsiis cum Brassica convenit, floribus albis, capsulis subrotundis, monospermis ab eadem differt.

§. Eruca marina *Ger.* marina Anglica *Park.* Eruca maritima Italica. siliqua hastæ cuspidi simili *C. B.* forte. Cakile quibusdam, aliis Eruca marina & Rhaphanus marinus *J. B. Sea-Rocket. On the sandy Shores in many places.* Parkinsonus Erucam maritimam Italicam ab Anglica distinguit: idem faciunt P. Hermannus & Morisonus. Vid. Hist. nost. Append.

Folia Erucæ, flores purpuro-cærulei, in siliquis curtis semina singula.

§. Glastum sativum *Ger. Park.* Isatis sativa vel latifolia *C. B.* Isatis seu Glastum sativum *J. B. Woad.* In Angliæ Mediterraneis seritur. Sylvestris à sativo nonnisi culturâ differre videtur. Vires & usus, vid. Hist. nost. p. 842.

Glasti notæ sunt folia glauca, ad tingendum utilia; siliquæ compressæ, latæ, pendulæ, Linguam avis dictæ referentes: Flores minimi lutei, non tamen octapetali, ut nonnulli volunt, sed tetrapetali; quamvis quatuor calicis folia dehiscant & floris petala colore referunt, quod J. Bauhino aliisque imposuit.

§. Coro-

§. Coronopus Ruellii *Ger.* recta vel repens Ruellii *Park.* Coron. Ruellii seu Nasturtium verrucosum *J. B.* Ambrosia campestris repens *C. B. Swines Cresses.* In uliginosis & ad vias. Capsulæ verrucosæ & velut echinatæ, monospermæ; cauliculi resupini; folia Nasturtii in modum divisa.

GENUS DECIMUM SEPTIMUM.

Herbæ vasculiferæ flore tetrapetalo anomalæ & sui generis.

§. VEronicæ notæ sunt flosculi parvi, tetrapetaloides, petalis ad ungues junctis, quorum calyces non decidunt unà cum flore, ut in Tetrapetalis siliculosis, sed à flore delapso restant ad seminis usque maturitatem: flores etiam è sinubus foliorum exeunt, præter illarum normam, in quibus nulla ad florum exortum apponuntur foliola. Vascula seminalia in bina loculamenta divisa & plerunque compressa Thlaspeos instar.

1. Veronica spicata latifolia *C. B. Ger.* major latifolia, foliis splendentibus & non splendentibus *J. B.* spicata latifolia major *Park. Great broad-leaved spiked Speedwel or Fluellin.* Ad latera montis cujusdam *Craig Wreidhin* dicti, in comitatu montis Gomerici Walliæ. *D. Lloyd.*

2. Veronica spicata recta minor *J. B.* spicata minor *C. B.* item spicata angustifolia *ejusdem*, erecta angustifolia *Park.* assurgens seu spicata *Ger. Upright spiked male Speedwel or Fluellin. In several Closes adjoyning to* Newmarket *Heath beyond* Bottesham.

3. Veronica pratensis minor *Park.* minor *Ger.* pratensis Serpyllifolia *C. B.* fœmina quibusdam, aliis Betonica Pauli, Serpyllifolia. *Little or smooth Fluellin or* Paul's *Betony.* In pratis & pascuis.

Flores pallidè cœrulei in spicas quasdam laxas excurrere videntur è singulis foliorum alis singuli exeuntes.

4. Veronica floribus singularibus, in oblongis pediculis, Chamædrysolia. Alsine foliis Trissaginis *Ger. Park.* Cha-

mædryfolia flosculis pediculis oblongis insidentibus *C. B.* serrato folio glabro *J. B. Germander-Speedwel or Chickweed.* In hortis & areis locisque cultis tota æstate floret.

5. Veronica flosculis singularibus cauliculis adhærentibus. Alsine foliis Veronicæ *Ger.* foliis subrotundis Veronicæ *Park.* Veronicæ foliis, flosculis cauliculis adhærentibus, *C. B.* serrato folio hirsutiore, floribus & loculis cauliculis adhærentibus *J. B. Speedwel Chickweed.* Ad margines agrorum siccio-res, non rarò & in muris antiquis & locis ruderatis.

6. Veronica flosculis singularibus, foliis laciniatis, erecta. Alsine foliis hederaceis Rutæ modo divisis *Lob.* recta triphyllos sive laciniata *Park.* triphyllos cærulea *C. B.* recta *Ger.* folio profundè secto, flore purpureo seu violaceo *J. B. Upright Speedwel with divided leaves. At* Rowton *in* Norfolk *betwixt the Town and the High-way, twelve Miles before you come to* Norwich: *and at* Mewel *in* Suffolk, *between the two Windmils and the Warren Lodge: and in Gravel Pits two Miles beyond* Barton *Mills, on the ridge of the Hill, where a small Cart-way crosseth the Road to* Lynne, *and in the grass there about plentifully.* T. Willisel.

7. Veronica flosculis singularibus, hederulæ folio, Morsus gallinæ minor dicta. Alsine hederacea *Ger.* hederulæ folio *C. B.* hederulæ folio minor *Park.* Alsines genus Fuchsio folio hederulæ hirsuto *J. B. Ivy-leaved Speedwel or small Henbit.* In arvis inter sata, primo vere floret.

8. Veronica aquatica rotundifolia Becabunga dicta minor. Anagallis aquatica minor, folio subrotundo *C. B.* aquat. flore cæruleo, folio rotundiore minor *J. B.* aquat. vulgaris, sive Becabunga *Park.* Anagallis sive Becabunga *Ger. emac. Common Brooklime.* In rivulis. *Observed with a white flower about* Shap *in* Westmorland, *by Mr.* Lawson.

9. Veronica aquatica longifolia media. Anagallis aquatica minor *Ger.* aquat. min. folio oblongo *C. B.* aquat. folio oblongo crenato *Park.* aquat. flore purpurascente, folio oblongo minor *J. B. The middle long-leaved Water-Speedwel or Brooklime.* Cum priore. Flore albo. *About* Shap *in* Westmorland, *Mr.* Lawson.

10. Veronica aquatica angustifolia minor. Anagallis aquatica angustifolia scutellata *C. B. Narrow-leaved Water-Speedwel or Brooklime.* Hæc est, ni fallor, Anagallis aquatica 4. *Lob.* quamvis minùs rectè picta sit cum floribus & vasculis in summis ramulis: exeunt enim ex alis foliorum, præcedentium in morem.

11. Vero-

11. Veronica Chamædrys ſylveſtris dicta. Chamædrys ſylv. *Ger.* ſpuria ſylv. *Park.* ſpuria latifolia ſive fœmina *J. B.* ſpuria minor rotundifolia *C. B. Wild Germander.* In paſcuis. Vere floret.

12. Veronica Chamædryoides foliis pediculis oblongis inſidentibus. An Chamædryi ſpuriæ affinis rotundifolia ſcutellata *C. B?* Alyſſon Dioſcoridis montanum *Col? Wild Germander with leaves ſtanding on long footſtalks.* In ſylvis humidis & ad ſepes ſolo humido.

13. Veronica mas ſupina & vulgatiſſima *C. B.* mas vulgaris ſupina *Park.* vulgatior folio rotundiore *J. B.* vera & major *Ger. The Male Speedwel or Fluellin.* In paſcuis ſiccioribus & ericetis.

Tota hirſuta eſt, viticulis ſeu cauliculis radices ſubinde agentibus reptat.

Veronicæ in triplici ſunt differentia (1.) Aliæ, ut prima & ſecunda ſpecies, flores picatos producunt, ſpicis ſummos caules & ramulos occupantibus.

(2.) Aliæ, ut quinque ſequentes ſpecies, è foliorum ſinubus ſecundùm caules flores ſingulares & ſolitarios proferunt, quæ Alſinæ ſpuriæ cenſentur.

(3.) Aliæ denique, ut ſex ultimæ ſpecies, è foliorum ſinubus ſecundùm caules flores promunt, verùm non ſingulares ſed plures veluti ſpicatim, quæ variis nominibus Veronicæ, Anagallidis Teucrii ſeu Chamædryos ſpuriæ appellantur.

§. Papaveris notæ ſunt Florum petala ampla, tenuia, fugacia, ſuccus lacteus aut flavus acer; calyx floris bifolius ſeu bivalvis, caducus; vis narcotica.

Papaveris autem duo ſunt genera, Alterum conceptaculo ſeminis breviore & majore, in plurimas cellulas diviſo & operculo ſtellato tecto, ſeu foliis integris in Papavere vulgari, ſive diſſectis in Papavere erratico: Alterum ſiliquoſum, Papaver corniculatum dictum.

1. Papaver ſpontaneum ſylveſtre *Ger. emac.* vulgare, cujus capitula foraminibus hiant, ſemine incano, ἀχριώτερον Dioſcoridi *J. B. Wild Poppy.* Flores ex albo purpuraſcunt. In hortis incultis & neglectis. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 854.

2. Papaver laciniato folio, capitulo breviore glabro annuum Rhœas dictum. Papaver rhœas *Ger.* erraticum rhœas ſive ſylveſtre *Park.* erraticum rubrum campeſtre *J. B.* erraticum

raticum majus Ῥοιὰς Dioſcor. Theophr. & Plinio *C. B.* Flos antipleuriticus *Cat. Altd. Red Poppy or Corn-Roſe.* Inter ſegetes.

3. Papaver laciniato folio, capitulo hiſpido longiore. Argemone capit. longiore *C. B. Ger. Park.* capit. longiore ſpinoſo *J. B. Long rough-headed baſtard Poppy.* Inter ſegetes & ad agrorum margines.

4. Papaver laciniato folio, capitulo hiſpido rotundiore. Argemone capit. rotundiore *Park.* capit. breviore *C. B.* capit. breviore hiſpido *J. B.* cap. torulo *Ger. Round rough-headed baſtard Poppy.* Cum priore.

5. Papaver laciniato folio, capitulo longiore glabro, ſeu Argemone capit. longiore glabro *Mor. Smooth-headed baſtard Poppy. This was ſent me by Mr.* Dent *out of* Cambridgſhire: *Found alſo by Mr.* Dale *at* Bocking. Floribus minoribus cum Argemone convenit, capitulis cum Rhœade.

6. Papaver luteum perenne, laciniato folio Cambro-britannicum. Argemone lutea Cambro-britannica *Park. Yellow wild baſtard Poppy. On the back of* Snowdon *going from* Carnarvan *to* Llanberris, *not far from the ſaid Village of* Llanberris. *Obſerved alſo by a certain unnamed Gentleman, I ſuppoſe of* Wales, *on* Clogwyn y Garnedh yſcolion duon Trigwylche, *as you aſcend the* Glyder *from* Llanberris, *and ſeveral other places, moſt commonly by Rivulets, or on moiſt Rocks. I obſerved it alſo (ſaith he) beyond* Pont vawr *very near the Bridg amongſt the ſtones. In a Catalogue of rare* North-Wales *Plants, ſent me by Dr.* Robinſon, *who ſuppoſes Mr.* Lloyd *to be the Author.*

7. Papaver corniculatum luteum maritimum *Park. J. B.* cornutum flore luteo *Ger.* corniculatum luteum, κερατίτης Dioſc. Theophr. ſylv. ceratitis Plinio *C. B. Yellow horned Poppy.* In litoribus maris arenoſis. Perenne eſt: folia per ambitum profundè inciſa, ſinuata & veluti criſpa ſunt.

8. Papaver corniculatum violaceum *J. B. C. B.* cornutum flore violaceo *Ger.* corniculatum flore violaceo *Park. Violet coloured Horn-Poppy.* In agro Cantabrigienſi inter ſegetes, inter *Swafham* & *Burwel* vicos.

9. Papaver corniculatum luteum Chelidonii dictum. Chelidonium majus *Ger.* majus vulgare *Park. C. B.* Chelidonia *J. B. The greater Celandine.* In locis ruderatis & aſperis umbroſis. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 858.

Flores

Flores crocei, tetrapetali decidui calyce bivalvi deciduo tecti, siliquæ non disseptæ, semina nigra splendentia, folia laciniata, succus croceus acer hanc à reliquis distinguunt.

§. Lysimachiæ notæ sunt siliquæ flores antevertentes, qui per maturitatem quadrifariam partiti & dehiscentes quatuor seminum series ostendunt. Flores summis siliquis insident, & integri unà cùm calycibus decidunt. Omnium præter Virginianas siliquæ lanigeræ sunt.

1. Lysimachia speciosa, quibusdam Onagra dicta, siliquosa *J. B.* Lysim. Chamænerion dicta latifolia *C. B.* Chamænerion *Ger.* Chamænerion flore Delphinii *Park. Rosebay-Willow-herb. In the Meadows near* Sheffield *in* Yorkshire, *and in several other places of the North plentifully.*

Proceritate eximia, glabritie, foliis & floribus Nerium æmulantibus, importunâ reptandi licentiâ, ab aliis speciebus distinguitur.

2. Lysimachia siliquosa hirsuta magno flore *C. B.* siliquosa hirsuta majore flore purpureo *J. B.* Lysim. siliquosa *Ger. Great hairy-codded Loosestrife or Willow-herb, called also Codlings and Cream.* Juxta scrobium, fossarum, fluviorum rivulorumque margines: post mediam æstatem floret.

Foliorum paululum compressorum odor suavis poma elixa flori lactis commixta refert.

3. Lysimachia siliquosa hirsuta parvo flore *C. B.* siliquosa hirsuta flore minore *J. B.* 12. seu Sylvatica *Ger.* An Lysimachia siliquosa sylvestris hirsuta *Park. The lesser hairy-codded Loosestrife or Willow-herb, with small flowers.* In aquosis & ad rivulos. Planta ipsa, non minùs quàm flores, præcedente minor est & humilior, folia etiam minùs rugosa sunt, flores pallidiores.

4. Lysimachia campestris *Ger.* siliquosa major *Park.* siliquosa glabra major *C. B.* lævis *J. B. The greater smooth-leaved codded Willow-herb or Loosestrife.* In humidis & uliginosis saxosis hortis, areis, sylvis.

Foliorum latitudine & figura ad Asclepiadem ferè accedente, item staturâ suâ & loco natali ab aliis Lysimachiis glabris differt.

5. Lysimachia siliquosa glabra media sive minor *Ger. emac.* siliquosa 4. seu glabra minor *C. B.* lævis *J. B.* quoad iconem. *Middle smooth-leaved codded Willow-herb or Loosestrife.*

ſtrife. Ad foſſas & rivulos. Folia quàm præcedentis anguſtiora ſunt & longiora; caulis humilior, ramoſior.

6. Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor anguſtifolia *Ger. emac.* ſiliquoſa glabra anguſtifolia *C. B. The leaſt ſmooth codded Looſeſtrife or Willow-herb.* In paluſtribus.

Hæc humilior eſt præcedente, foliis minoribus, obſcuriùs virentibus & vix ſerratis, ad exortum anguſtioribus, medio latioribus, deinde in tenuem mucronem paulatim deſinentibus.

7. Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor latifolia. *The leſſer ſmooth broad-leaved codded Willow-herb. In the Rivulets on the ſide of* Cheviot *Hills in* Northumberland. Folia huic glabra, atrovirentia, magnitudine & figura ferè Ocymi aut Origani: Caules infirmi, bipalmares: Siliquæ longæ nutantes.

§. Tithymali notæ ſunt vaſculum ſeminale tricoccum in ſummo ſtylo, ſuccus lacteus acer.

1. Tithymalus characias Amygdaloides *Ger. emac. C. B.* Characias vulgaris *Park.* Tithym. ſylvaticus, toto anno folia retinens *J. B. Wood-Spurge.* In ſylvis & dumetis copioſé.

Radice & ſuperficie etiam perenni, foliis lanuginoſis & loco natali ſequentibus diſcretu facilis.

2. Tithymalus paralius *J. B. Ger.* paralius ſive maritimus *Park.* maritimus *C. B. Sea-Spurge.* In arenoſis maris litoribus frequens.

Et hic radice eſt perenni, glaber, foliis crebris, cæſiis anguſtis ad Lini accedentibus, altitudine cubitali.

3. Tithymalus Hibernicus. *Makinboy, Knotty-rooted Spurge. Cat. Oxon.* In Hibernia.

4. Tithymalus platyphyllos Fuchſii *J. B.* arvenſis latifolius Germanicus *C. B.* Tithymalus peregrinus *Cluſ. hiſt. Broad-leaved Spurge.* Inter ſegetes ſed rarius. *It comes up ſpontaneously here in my own Orchard at* Black Notley.

Radice eſt non vivaci foliis oblongis, latiuſculis dilutiùs virentibus; reliquis ar[illegible] Tithymalis noſtratibus major.

5. Tithymalus ſegetum longifolius *Cat. Cant. App. Long-leaved Corn-Spurge. In the Corn about* Kingſton *and* Comberton *in* Cambridgeſhire, *by the way that leads from* Cambridge *to* Gamlingay. An Eſula minor ſive Pityuſa *Ger. emac?*

Altitu-

Altitudinem dodrantalem vix assequitur. Folia oblonga in acumen desinunt. Tota planta colore est luteo-viridi præter caulis partem terræ proximam, quæ rubescit. Summâ, sequenti speciei seu Esulæ exiguæ Tragi persimilis est, sed major.

6. Tithymalus leptophyllos *Park.* minimus angustifolius annuus *J. B.* Esula exigua Tragi *Ger. emac.* Tithymalus seu Esula exigua *C. B. Dwarf Spurge or small annual Spurge.* Inter Segetes. Parvitate sua & foliis oblongis angustis ab aliis speciebus differt.

7. Tithymalus helioscopius *Ger. Park. C. B.* helioscopius sive solisequus *J. B. Sun-Spurge or Wart-wort.* In hortis oleraceis & arvis pinguioribus, inque vineis & agris neglectis.

Foliis Portulacæ, extremis subrotundis, marginibus crenatis, ab aliis speciebus distinguitur.

8. Tithymalus parvus annuus, foliis subrotundis non crenatis, Peplus dictus. Peplus sive Esula rotunda *C. B. Ger. J. B.* Præcedenti persimilis est sed minor, & foliis non crenatis. *Petty Spurge.* Cum priore.

9. Tithymalus maritimus supinus annuus, Peplis dictus. Peplis *J. B. Ger. Park.* maritima folio obtuso *C. B. Small Purple Sea-Spurge.* In litore maris arenoso inter Pensantiam & Marketjeu oppida Cornubiæ copiosè. Caules & folia plerunque rubent. Flores & fructus in hoc non ut in aliis plerisque in summis caulibus & ramulis velut umbellatim nascuntur, sed secundùm caules & ramos.

10. Tithymalus Characias Monspeliensium *Ger. Park.* Characias rubens peregrinus *C. B. In* Staffordshire *according to Dr.* Plot.

§. Plantaginis notæ genericæ sunt flores staminosi in spicas congesti, Flosculorum tubi in vascula seminalia elliptica, (quæ per maturitatem horizontali sectione in medio dissiliunt) intumescentes, semina intus bina puliciformia.

Harum quæ foliis sunt latioribus & nervis aliquot insignibus *Plantagines* simpliciter dicuntur, quæ angustis nec ita nervosis, seu æqualibus, sive dentatis aut laciniatis, *Coronopi* & *Holostea* appellantur.

1. Plantago latifolia vulgaris *Park.* latifolia sinuata *C. B.* latifolia *Ger.* major folio glabro non laciniato utplurimum *J. B. Great Plantain or Waybread.* Ad vias ubique.

Ἑπτάνευρος dicitur hæc ſpecies, quòd folia ſeptem nervis inſtructa ſunt.

2. Plantago major incana *Park.* incana *Ger.* latifolia incana *C B.* major hirſuta, media à nonnullis cognominata *J. B. Hoary Plantain or Lambs-tongue.* In glareoſis & ad vias paſſim. Folia denſa lanugine utrinque hirſuta brevioribus inſident pediculis quàm præcedentis.

3. Plantago major paniculâ ſparsâ *J. B.* latifolia ſpicâ multiplici ſparsâ *C. B.* latifolia ſpiralis *Park.* paniculis ſparſis. *Ger. emac. Become Plantain, or Plantain with ſpoky Tufts. Found by Dr.* Johnſon *in the Iſle of* Thanet, *and by* Tho. Williſel *at* Reculver *there.*

4. Plantago quinquenervia *Ger.* quinquenervia major *Park.* lanceolata *J. B.* major anguſtifolia *C. B. Ribwort or Ribwort-Plantain.* In paſcuis ubique. Plantaginis quinquenerviæ duas ſpecies conſtituunt, majorem & minorem: nos non diſtinguimus.

5. Plantago marina *Ger.* marina vulgaris *Park.* Coronopus maritima noſtras *J. B.* maritima major *C. B. Sea-Plantain.* In paluſtribus maritimis paſſim, ubi luxuriat valdè, foliis prælongis, obiter dentatis; ſpicis etiam longis. In Cornubia & Epiſcopatu Dunelmenſi etiam longè à mari provenire obſervavimus, ubi foliis eſt anguſtioribus & brevioribus, ut minùs attentis facilè poſſit imponere pro diverſa ſpecie.

6. Plantago foliis laciniatis Coronopus dicta. Coronopus vulgaris ſive Cornu cervinum *Park.* Coronopus ſylveſtris hirſutior *C. B.* Cornu cervinum *Ger.* Coronopus ſeu Cornu cervinum vulgo ſpica Plantagineâ *J. B. Buxhorn Plantain.* In arenoſis & maritimis.

7. Plantago an Alpina anguſtifolia *J. B.? Narrow-leaved Mountain-Plantain.* In rupibus Trigvylchau ſupra lacum Lhyn Bochlyn propè Eccleſiam S. Periſii. D. *Lloyd.*

GENUS

GENUS DECIMUM OCTAVUM.

Herbæ flore papilionaceo seu Leguminosæ.

FLores hi Papilionacei dicuntur, quia Papilionem alis expansis quadantenus referunt. Folia seu petala his difformia sunt, nec figurâ, nec situ inter se convenientia, numero quatuor, verùm ad ungues juncta, unde Tetrapetali propriè dicti non sunt, sed Monopetali tetrapetaloides. Vid. Hist. nost. p. 883.

1. *Papilionaceæ seu leguminosæ scandentes.*

§. Pisi notæ genericæ sunt folia glabra, glauca, pinnis amplissimis caulem adeò arctè amplectentia, ut ab iis transadigi videatur, è paucioribus & majoribus in hoc genere lobis composita, caulis quàm congeneribus major & fistulosior.

1. Pisum vulgare parvum album arvense *J. B.* sylvestre primum *Park.* arvense flore candido, fructu rotundo alba *C. B.* minus *Ger. Common White-Pease.*

2. Pisum arvense flore roseo, fructu ex cinereo nigricante. An Pisum minus fructu subnigro *Matth. Gray Pease.*

3. Pisum arvense flore roseo, fructu variegato. An Pisa minora rubra variegata *J. B. Maple-Pease.* Hæ tres species in agris vulgò seruntur.

4. Pisum marinum *Ger.* p. 1250. spontaneum maritimum. Anglicum *Park.* item Pisum aliud maritimum Britannicum *ejusdem.* Hæc enim duo non separo. English *Sea-Pease. On the long baich of Stones running from* Aldburgh *toward* Orford *in* Suffolk *on the end next* Orford *abundantly. We found it also near* Hastings *in* Sussex.

A Piso differt foliis minoribus pluribus ad mediam costam annexis, fructu minore, pluribus in surculo siliquis aggregatis femini-

ſeminibus minoribus amaricantibus, ut diverſum genus conſtituere videatur.

§. Lathyri notæ ſunt caules membranulis ſecundùm longitudinem extantibus aucti, compreſſi & angulosi. Folia ex unica tantùm pinnarum mediæ coſtæ adnexarum conjugatione compoſita.

1. Lathyrus major latifolius *Ger. emac.* major perennis *Park.* latifolius *C. B.* major latifolius, flore majore purpureo, ſpecioſior *J. B.* Clymenum *Matth. Peaſe everlaſting.* In ſylvis apud nos invenitur, ſed rariùs, *as in* Madingley, *and other Woods near* Cambridge. *Mr.* Lawſon *obſerved it on the Rocks by the Red* Neeſe *by* Whitehaven *cop.* Cumberland.

2. Lathyri majoris ſpecies flore rubente & albido minore dumetorum ſive Germanicus *J. B.* Lath. ſylveſtris *Dod.* anguſtifolius Cluſii ex ſententia *J. B.* ſylv. major *C. B.* ſylv. Dodonæi *Park. The other great wild* Lathyrus *or everlaſting Peaſe. This, or another like it, with a ſmaller and paler flower than the precedent I found near* Poynings, *a Village on the Downs in* Suſſex. *The ſame Mr.* Dale *obſerved near Caſtle* Campes *in the Hedges by the way that leads thence to* Bartlow *in* Cambridgeſhire.

3. Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum *J. B.* ſylv. flore luteo *Park. Ger. emac.* ſylv. luteus, foliis Viciæ *C. B.* neſcio cur Viciæ ſolia ei attribuit. *Tare everlaſting, common yellow baſtard-Vetchling.* In dumetis & ſepibus, non rarò etiam in pratis & paſcuis.

4. Lathyrus ſiliquâ hirſutâ *J. B.* An Lathyrus anguſtifolius ſiliquâ hirſutâ *C. B.? Rough-codded Chichling. In the Fields about* Hockley *and* Raleghe, *and elſewhere in* Rockford *Hundred in* Eſſex.

§. Lathyrus viciæformis ſeu Vicia Lathyroides noſtras. *Chichling Vetch.* Lathyrus ex cæruleo & rubro mixtus *Merret. pin.* Hujus ſolia compoſita ſunt ex tribus aut quatuor pinnularum medio nervo adnexarum conjugationibus, claviculis donata, glauca. Flores in communi pediculo prælongo, è foliorum ſinubus exeunte tres aut quatuor, aut quinque ampli, purpuro cærulei. *Found by* Tho. Williſel *in* Peckham *Field on the back of* Southwark, *in a ſqualid watery place.*

§. Aphaca

§. Aphaca *Park. Ger. emac.* Vicia quæ Pitine Anguillaræ, lata filiquâ, flore luteo *J. B.* Vicia lutea foliis Convolvuli minoris *C. B. Yellow Vetchling.* Inter ſegetes.

Foliis ſimplicibus integris, triangulis & ex adverſo binis à Piſo & Lathyro diſtinguitur.

§. Viciæ characteriſticæ ſunt folia non cæſia ſeu glauca, ut in Piſo & Lathyro, ſed viridiora & plerunque hirſuta, è minoribus & pluribus pinnis compoſita.

1. Vicia *Ger.* vulgaris ſativa *Park. J. B.* ſativa vulgaris, ſemine nigro *C. B. Common Vetch or Tare.* Seritur in agris. Semina huic non exactè ſphærica, ſed paululum compreſſa.

2. Vicia ſepium perennis *J. B.* maxima dumetorum *C. B. Ger. emac. Park. Buſh-Vetch.* In dumetis & ſepibus Maio menſe florens ubique reperitur.

Flores in unico pediculo rubenti hærent, plures ad ſex uſque. Siliquæ quàm ſativæ minores brevioréſque, compreſſæ, glabræ, per maturitatem nigræ. Florum petala omnia unius & ejuſdem ſunt coloris, ſaturatioribus lineis ſtriata.

3. Vicia ſylveſtris ſive Cracca major *Ger.* Aracus ſeu Cracca major *Park.* Vicia vulgaris ſylveſtris ſemine parvo & nigro frugum *J. B.* Vicia ſemine rotundo nigro *C.B. Strangle-Tare or Wild Vetch.* Non inter ſegetes tantùm apud nos occurrit, ſed etiam ad ſepes & in aggeribus, præſertim locis arenoſis. Maio menſe floret.

Viciæ ſativæ ſimilis eſt; flores habet pulchrè purpureos, umbilico albo, ad ſingulas foliorum alas plerunque binos rarò ternos, in ſolo ſteriliore ſingulos duntaxat, ſiliquas longas, teretiuſculas, rectas, ſemina octo aut decem continentes, ex fuſco & luteo-viridi varia, non penitus nigra, prout ea deſcribit J. Bauhinus.

4. Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis *C. B.* Vicia parva ſeu Cracca minor cum multis ſiliquis hirſutis *J. B.* Vicia ſylveſtris ſeu Cracca minima *Ger. emac.* Aracus ſeu Cracca minor *Park. Small Wild Tare or Time-Tare.* Segetum peſtis eſt.

5. Viciæ ſeu Craccæ minimæ ſpecies cum ſiliquis glabris *J. B.* An Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris *C. B. Time-Tare with ſmooth pods.* Inter ſegetes, non rarò &

in ſylvis locis humidioribus. A priore differt glabritie ſua, paucioribus in eodem pediculo, (eóque tenuiore) floribus, pallidè cæruleis, ſtriatis.

6. Vicia multiflora *C. B. Ger.* ſylveſtris multiflora ſeu ſpicata *Park.* multiflora nemorenſis perennis ſeu dumetorum *J. B.* ſylveſtris ſpicata *C. B. Tufted Vetches.* In dumetis & ſepibus, non rarò etiam in pratis. Florum in eodem pediculo in ſpicas ſatis longas excurrentium multitudine ab aliis ſpeciebus diſtinguitur.

7. Vicia ſylvatica multiflora maxima *P. B.* perennis multiflora ſpicata major *Moriſ. hiſt. Great tufted Wood-Vetch. I obſerved it in a Wood near* Caerwent *in* Monmouthſhire, *and in other places of the Weſt. Mr.* Johnſon *hath obſerved it growing plentifully in the Woods about* Greta-*Bridg in* Yorkſhire.

Præcedenti perſimilis, verùm elatior & ramoſior, floribus dilutè cæruleſcentibus, ſaturatioribus lineis cæruleis ſtriatis; cùm illius purpureo ſaturatiore imbuantur.

§. Lens à reliquis Viciis (eſt enim revera Viciæ ſpecies quamvis diverſo nomine donetur) diſtinguitur ſemine compreſſo & pro plantulæ modo grandi, ſiliquis latis brevibus cum binis plerunque duntaxat ſeminibus.

Lens *J. B.* minor *Ger. Park.* vulgaris *C. B. Lentils.* Seritur in agris Cantabrigienſibus Huntingtonienſibus, &c. ſola, & hordeo mixta.

Lens major à minore magnitudine omnium partium præcipuè differt; alicubi apud nos ſeri aiunt.

2. *Papilionaceæ ſeu leguminoſæ non trifoliatæ, claviculis carentes.*

§. Fabæ notæ ſunt ſiliquæ erectæ craſſæ; ſemen maximum, ad latera compreſſum cum hilo magno in extremo; caules anguloſi, firmi, concavi.

1. Faba *C. B.* Faba, Cyamos leguminoſa *J. B.* major hortenſis *Ger. Park. Garden-Beans.* Color ſeminis plerunque albus eſt, interdum tamen ruber.

2. Faba minor ſeu equina *C. B.* minor ſylveſtris *Park.* 3. ſive communis *Ger. emac. Field-Beans or Horſe-Beans.*

§. Gly-

§. Glycyrrhizæ notæ ſunt radices dulces, repentes, luteæ; ſiliquæ breves, compreſſæ, erectæ.

Glycyrrhiza vulgaris *Ger. emac.* vulg. ſiliquoſa *Park.* ſiliquoſa vel Germanica *C. B.* radice repente vulgaris Germanica *J. B. Liquorice. It is planted for ſale about* Pontefraict *in* Yorkſhire, *and* Workſop *in* Notinghamſhire.

§. Orobus ſylvaticus noſtras. Engliſh *Wild-wood, or bitter Vetch. At* Gamblesby *in* Cumberland, *about ſix Miles from* Pereth, *in the way to* Newcaſtle, *in the Hedges and Paſtures plentifully: Obſerved alſo by* Tho. Williſel, *below* Brecknock *Hills in the way to* Caerdyff, *and in* Merionethſhire *not far from* Bala. *The ſame Mr.* Sutherland *hath found plentifully in* Scotland.

Radice nititur craſſa, lignoſa, perenni, ſapore leguminoſo; unde *Caules* exoriuntur numeroſi, pedales aut cubitales, hirſuti, ſtriati, ramoſi, in terram reclinati quamvis ſatis rigidi ſint. *Folia* Viciæ vulgaris minora, ad eandem coſtam adnexa ad ſeptem aut octo paria, nullo in extremo neque impari folio, neque clavicula, ſupernè obſcurè viridia, infernè glabra. Flores ſex aut ſeptem, aut etiam plures in eodem communi pediculo, figurâ ſuâ ad *Viciæ ſylv. multifloræ* aut *Glycyrrhizæ ſylv.* flores accedunt, è tenui pediculo pariter dependentes, colore exteriùs ſubrubente, interiùs albo purpureis lineis ſtriato. *Siliquæ* breves, latæ, glabræ, duo vel tria, rariùs plura, ſemina compreſſa, parva, viridiuſcula continent.

§. Onobrychis ſeu Caput gallinaceum *Ger.* Onobr. vulgaris *Park.* foliis Viciæ, fructu echinato major *C. B.* Polygalon Geſneri *J. B. Medick Vetchling or Cocks-head, commonly but falſly called Sainctfoin. On* Gogmagog *Hills, and the balks of the Corn Fields thereabouts; alſo on* Newmarket *Heath and* Salisbury *Plain in chalky grounds.*

Notæ ejus ſunt flores ſpicati in longiſſimis pediculis, ſiliquæ aculeatæ ſeu echinatæ monococcæ.

§. Aſtragalus ſylvaticus *Ger.* ſylv. foliis oblongis glabris *C. B.* Aſtragaloides ſeu Aſtragalus ſylvaticus, Aſtragalo magno Fuchſii ſeu Chamæbalano leguminoſæ affinis planta *J. B.* Lathyrus ſylveſtris lignoſior *Park. Wood-Peaſe or*

Heath-Pease. In sylvosis & dumetis, Aprili floret & Maio semen perficit.

Saporem habent radicis tubera ad Glycyrrhizam accedentem, de quibus vid. Hist.nost. p. 816. Folia duabus tribúsve pinnarum oblongarum paribus constant: Flores in surculo non longo duo trésve, pallidè purpurei; Siliquæ rectæ, longæ, teretes, propendentes, seminibus octo aut pluribus subrotundis repletæ.

§. Catanance leguminosa quorundam *J. B.* Ervum sylvestre *Ger.* sylvestre seu Catanance *Park.* Lathyrus sylvestris minor *C. B. Crimson Grass Vetch.* In agrorum marginibus & inter vepres non rarò invenitur cùm floret mense Maio; aliàs ob folia graminea inventu non ità facilis. Mr. *Lawson observed it between the Glass-houses and* Dents *Hole, nigh the North Shoar-house by* Newcastle *upon* Tine *plentifully.*

Foliis integris gramineis, caulibus erectis firmis teretibus, floribus pulchris, sanguineo colore micantibus, primo statim aspectu dignoscitur.

§. Anthyllis leguminosa *Ger.* leguminosa vulgaris *Park.* Loto affinis Vulneraria pratensis *C. B.* Vulneraria rustica *J. B. Kidney-Vetch, Ladies-finger.* In pascuis siccioribus, præsertim cretaceis & arenosis.

Hujus notæ sunt Flores in capitulum latum conglomerati; siliquæ in vesiculis seu folliculis laxis latitantes.

§. Ferrum equinum Germanicum siliquis in summitate *C. B. Ger. emac.* equinum comosum *Park.* Ornithopodio affinis, vel potiùs Soleæ aut Ferro equino herba *J. B. Tufted Horse-shoe Vetch. On the chalky grounds about* Gogmagog *Hills, and elsewhere in* Cambridgshire; *also on the Northern Mountains.*

Flores in summis surculis radiatim penduli velut in corolla. Semina figura arcuata soleam equinam referentia hujus notæ sunt.

§. Ornithopodium radice nodosa *Park.* tuberculis nodosa *C. B.* item Ornithopodium majus *Ger. C. B. Park.* ut & Ornithopodium minus *eorundem.* Ornithopodium flore flavescente, & Orn. tuberosum Dalechampii *ejusdem. Birdsfoot.* In arenosis & glareosis plurimis in locis occurrit, æstate florens.

rens. Flosculi purpurascunt, siliquæ articulatæ recurvæ sunt.

§. Glaux vulgaris leguminosa seu Glycyrrhiza sylvestris *Park.* Glycyrrhiza sylvestris floribus luteo pallescentibus *C. B.* Fœnum Græcum sylvestre seu Glycyrrhiza sylvestris quibusdam *J. B.* Hedysarum Glycyrrhizatum *Ger. emac. Wild Liquorice or Liquorice-Vetch.* In dumetis, ad latera montium, inque pratorum marginibus non rarò occurrit.

Siliquis geminatis, seminibus talum aut Astragalum imitatis, gustu herbæ dulci Glycyrrhizæ, tum magnitudine sua, ab aliis leguminibus disjungitur.

§. Glaux exigua montana purpurea nostras. *Purple Mountain Milk-wort.* An Glaux Hispanica Clusii *Park.?* Hispanica *J. B.* Dioscoridis *Ger.* Ciceri sylvestri minori affinis, si non idem *C. B?* Spanish *Milk-wort of* Clusius. *On* Gogmagog *Hills*, Newmarket *Heath*, Royston *Heath*, &c. *The same we observed in the like Grounds about* Haselwood *in* Yorkshire.

Spicis florum purpureorum pro plantulæ modo amplorum, siliquis brevibus hirsutis in duo loculamenta partitis, à reliquis hujus generis haud difficulter distinguitur.

3. *Herbæ papilionaceo flore seu leguminosæ trifoliatæ.*

§. 1. Trifolium pratense album *C. B. Park.* minus pratense flore albo, seu 2. *Ger.* pratense flore albo minus & fœmina glabrum *J. B. White-flower'd Meadow-Trefoil.* In pratis & pascuis.

Floribus minoribus in longis pediculis, siliquis parvis curtis quatuor aut quinque intus seminibus à Trifolio purpureo vulg. differt.

2. Trifolium pumilum supinum flosculis longis albis *P. B.* Trifol. parvum, album Monspessulanum cum paucis floribus *J. B.* Trifol. album tricoccum subterraneum reticulatum *Morison.* Trifol. subterraneum seu folliculos sub terram condens *Magnol. Botan. Monsp.* Multis in locis solo arenoso aut glareoso, *as at* Gamlingay *not far from the Wind-Mill: in the Road from* Eltham *to* Deptford *in* Kent: *in the Road between* Burntwood *and* Brookstreet *in* Essex *plentifully.*

3. Trifolium pratense hirsutum majus flore albo-sulphureo seu ὠχρολεύκῳ. *The great white or yellowish Meadow-Trefoil.* In pascuis siccioribus & dumetis frequens.

Florum spica quod ad figuram non valdè dissimile est Trifolii pratensis purpurei spicæ, ast florum color ochroleucos, folia non crenata, ima minora, summa majora, à reliquis congeneribus hanc speciem distinguunt.

4. Trifolium pratense purpureum *C. B.* prat. purp. vulgare *Park.* pratense *Ger.* purp. vulgare *J. B. Common purple Trefoil, or Honey-Suckle Trefoil.* In pratis & pascuis ubique.

5. Trifolium pratense purpureum majus. *The greater Purple Meadow-Trefoil.* In pascuis & ad sepes.

Est hoc genus majus præcedente, folia longiora sunt magisque venosa, Flores saturatiùs purpurei, in spicas seu capitula majora brevioráque coaggesti. Non est autem hoc quod nomine *Claver* seu *Clover-grass* vulgò feritur pro jumentorum pabulo; ut in historia scripsi, sed potiùs Trifolium pratense purpureum vulgare: siquidem *Clover* nobis conferentibus à Trifolio pratensi purpureo vulgari non aliter differre visum est quam partium magnitudine aliisque accidentibus à cultura ortis: alii diligentiùs examinent.

6. Trifolium stellatum glabrum *Ger.emac.* capitulis Dipsaci *quorundam. Smooth Star-headed Trefoil, or Teasel-headed Trefoil. Observed by Dr.* Johnson *in* Dartford Saltmarsh. *I found it by the water side at* Lighe *in* Essex, *and at little* Holland *in the same County plentifully, also in* Somersetshire: *The same beyond Sea about* Messina *in* Sicily, *&c. It seemeth to affect Salt waters.*

In summis caulibus & ramulis capitula Dipsaci aut Eryngii similia, quibus subsunt duo folia adversa, hanc speciem à reliquis distinguunt.

7. Trifolium parvum hirsutum floribus parvis dilutè purpureis in glomerulis mollioribus & oblongis, semine magno. *Knotted Trefoil with softer heads, and large seed.* In pascuis præsertim sterilioribus, frequens.

8. Trifolium cum glomerulis ad caulium nodos rotundis. *Knotted Trefoil with round heads. I found it about* Saxmundham *in* Suffolk. Tho. Willisell *found it about* London.

Folia crenata; Globuli sessiles ad alas foliorum non spinosi sed molles, flosculi pallidè purpurei.

9. Trifolium dilutè purpureum glomerulis florum oblongis sine pediculis caulibus adnatis C. C. An Trifolium parvum re-

ctum

ctum flore glomerato cum unguiculis *J. B.* *Knotted Trefoil with oblong heads. At* Newmarket *where the* Sesamoides Salamanticum *grows, and divers other places.*

Calyces flosculorum summo margine in denticulos rigidos dividuntur, unde nonnihil aspera sentiuntur capitula. Flores albi.

10. Trifolium fragiferum *Ger. emac.* fragiferum Frisicum *C. B. Clus. Park.* *Strawberry-Trefoil.* Julio & Augusto mensibus floret in locis aquosis ubi per hyemem aquæ stagnârant.

Capitula, florum calycibus in vesiculas turgidas hirsutas deorsum flexas bicornes extumescentibus, Fragi figuram imitantur. Flosculi exigui pallidè purpurei, gradatim se aperientes, evanidi.

11. Trifolium arvense humile spicatum seu Lagopus *C. B.* Lagopus vulgaris *Park.* trifolius quorundam *J. B.* Lagopodium sive Pes leporis *Ger.* *Haresfoot or Haresfoot-Trefoil.* Inter segetes.

Foliis angustis, mollibus incanis, sed præcipuè spica molli & villosa leporinos pedes imitata innotescit.

12. Trifolium luteum lupinum *Ger. emac.* pratense luteum fœmina flore pulchriore sive Lupulino *J. B.* pratense luteum capitulo Lupuli, vel agrarium *C. B.* *Hop-Trefoil.* Inter segetes & alibi in arenosis.

Capitula Lupuli flores imitata, cum floribus luteis huic ad distinctionem sufficiunt.

13. Trifolium Lupulinum alterum minus. An Trifolium luteum flore lupulino minus *J. B.* *The lesser Hop-Trefoil.* In pascuis. Capitula huic minora minúsque speciosa; folia etiam minora. Caules infirmiores, paris cum præcedente longitudinis aut etiam majores & ramosiores.

14. Trifolium odoratum sive Melilotus vulgaris flore luteo *J. B.* Melilotus vulgaris *Park.* Germanica *Ger. emac. descr.* Officinarum Germaniæ *C. B.* *Common Melilot.* Ad sepes & in vepretis, interdum & inter segetes.

Meliloti notæ sunt Flores penduli in spicis è foliorum alis egressis, siliquæ seu folliculi breves, scabri rugosive. Folia ab insectis plerumque circumrosa sunt.

15. Trifolium luteum minimum *Ger. emac. Park.* pratense luteum, capitulo breviore *C. B.* prat. luteum mas, flore minore, semine multo *J. B.* Melilotus minor à Trago, & rectè inscribitur; est enim Meliloti genuina species. *Melilot-Trefoil.* In pascuis sterilioribus frequentissimum.

16. Trifolium ſiliquis Ornithopodii noſtras. *Birdsfoot-Trefoil. Found by* Tho. Williſel *among the Corn, half a Mile on the ſide of* Tadcaſter *toward* Sherborn, *as one goeth up the Hill; alſo near* Oxford *in the like grounds.* Mr. Newton, *in our Company, found it on Sandy Banks by the Sea ſide at* Tolesbury *in* Eſſex *plentifully.*

E radice alba ſimplici multos emittit cauliculos, in terram reclinatos, in humidiore aut pinguiore ſolo palmares aut ſeſquipalmares, aliàs vix quadrantales, ſatis craſſos pro plantulæ modulo, ſolidos ramoſos. Folia perexigua è membranea appendice cauliculos amplectente exeunt, pediculis prælongis, circa margines velut ſpinulis dentata, obtuſa aut extremis ſubrotunda. E foliorum ſinubus exeunt pediculi ſemunciales aut breviores, tres plerunque floſculos pallidè purpureos ſuſtinentes, interdum binos vel etiam unicum; quibus ſuccedunt totidem *ſiliquæ* craſſiuſculæ, curtæ, recurvæ, ſeminibus majuſculis arctè ſtipatis ad octo aut decem farctæ, per maturitatem pallentibus.

§. Anonis ſiliquis brevioribus, ſeminibus deliquium paſſis, à reliquis Trifoliis differt.

1. Anonis ſpinoſa flore purpureo *C. B. Park.* An. ſive Reſta bovis *Ger.* An. ſive Reſta bovis vulgaris purpurea & alba ſpinoſa *J. B. Reſtharrow, Cammock, Petty Whin.* In paſcuis ſterilioribus paſſim. Variat interdum floris colore albo.

2. Anonis non ſpinoſa purpurea *Ger.* non ſpinoſa flore purpureo *Park. J. B.* ſpinis carens purpurea *C. B. Purple Reſtharrow without prickles.* In agrorum marginibus & paſcuis ſterilioribus paſſim: Hircum olet hæc planta.

§. Medica ſylveſtris *J. B.* fruteſcens flavo flore Cluſii *Park.* Trifolium ſiliqua cornuta *Ger. emac.* Trifolium luteum ſylveſtre ſiliquâ convexa vel Medica fruteſcens *C. B. Yellow Medick with flat wreathed Cods.* In montoſis & campis patentibus inter ſegetes, *&c.*

Radice perenni ſiliquis paucioribus volutis intortis, iiſque non contiguis ſibi invicem, à Medica annua differt.

Vel variat florum colore purpuraſcente, vel quem conſpeximus itinere à Lenna Norfolciæ oppido ad Nordvicum urbem copiosè naſcentem non procul Nordvico, Trifolium Burgundiacum dictum erat ſeu Medica legitima *Saint Foine* dicta.

§. Trifolii

§. Trifolii filiquà cochleata tres obſervavimus ſpecies ſponte apud nos naſcentes; D. Newton quartam in maritimis arenoſis circa *Chriſt-Church* oppidum in Hantonia.

1: Trifolium cochleatum folio cordato maculato *C. B.* cordatum *Ger.* Medica Arabica Camerarii, ſive Trifolium cordatum *Park.* Medica echinata glabra cum maculis nigricantibus *J. B. Heart-Trefoil or Claver.* In paſcuis ſiccioribus & arenoſis, maritimis præſertim, frequens eſt.

2. Medica echinata minima *J. B.* echinata parva recta *Park.* ſed malè, non enim erigitur, ſed procumbit. Trifolium echinatum arvenſe fructu minore *C. B. The ſmalleſt Hedgehog-Trefoil.* In arenoſis, ſed rariùs.

3. Trifolium cochleatum modiolis ſpinoſis. *Hedgehog-Trefoil, with a ſmall fruit like the Segment of a Cone, or Nave of a Cart-wheel. At* Orford *in* Suffolk *on the Sea bank, cloſe by the Key plentifully.*

§. 1. Lotus corniculata glabra minor *J. B.* Lotus pentaphyllos ſiliquis rectis I. i. e. Lotus ſeu Melilotus pentaphyllos minor glabra *C. B.* Trifolium ſiliquoſum minus *Ger. Birdsfoot Trefoil, or ſmall ſtreight Codded Trefoil.* In paſcuis ubique.

2. Lotus pentaphyllos minor anguſtioribus foliis fruticoſius. An Lotus pentaphyllos fruteſcens tenuiſſimis glabris foliis *C. B. The leſſer buſhy narrow-leaved Birdsfoot-Trefoil.* Inter ſegetes & in locis humidioribus.

3. Loti corniculatæ major ſpecies *J. B.* Lotus pentaphyllos flore majore luteo ſplendente *C. B.* Trifolii ſiliquoſi varietas major *Ger. emac. The greater Birdsfoot-Trefoil.* In pratis humidis & ad ſepes.

Loti à reliquis leguminibus trifoliatis diſtinguuntur, quòd præter folia terna in extremo pediculo, bina habeant ad ejus exortum cauli adnata, ut quodammodo Pentaphyllæ dici poſſent.

§. Siliquoſa anomala Leguminoſis affinis, foliis pinnatis, floribus etiam ad Papilionaceos accedentibus.

Fumaria alba latifolia *Park.* alba latifolia claviculata *Ger. emac.* claviculis donata *C. B.* Fumaria cum capreolis *J. B. Climbing Fumitory.* In uliginoſis ſaxoſis arenoſiſve, & ad ripas lacuum fluviorumque reperitur, ſed rariùs: *as on the Banks of*

of the River Trent, *not far from* Ouſeley *in* Staffordſhire; *in the Hedges as you go from* Bala *in* Merionethſhire *down to* Pimble-mear; *and in many other places. Dr.* Tancred Robinſon *obſerv'd it near* Greenwich *on the top of the Hill where they dig Ballaſt.*

GENUS DECIMUM NONUM.

Pentapetalæ vaſculiferæ, hoc eſt, quæ præter floris calicem vaſculum etiam ſeminale obtinent.

1. *Pentapetalæ foliis in caule ex adverſo binis.*

§. CAryophylli notæ characteriſticæ ſunt Calyx floris oblongus, cylindraceus, lævis, integer, in margine duntaxat ſummo dentatus, vaſculum itidem continens oblongum, cylindraceum; petala in pleriſque ſpeciebus inciſa aut laciniata; ſemina compreſſa rugoſa, per maturitatem nigra.

1. Caryophyllus minor repens noſtras. An Virgineus *Ger.?* Betonica coronaria ſive Caryophyllata repens rubra *J.B? Maiden Pinks. By the Road-ſides on the ſandy Hill you aſcend going from* Lenton *to* Nottingham, *plentifully: on* Sandy Hills *in* Bedfordſhire; *on* Mantham Hill *near* Slough, *about a mile and half from* Windſor. *Found alſo by Mr.* Dent *near* Hilderſham *in* Cambridgeſhire, *on a little Hill where Furze grows next to* Juniper Hill; *and by Mr.* Fr. Willughby *near* Bridgenorth *in* Shropſhire: *by Mr.* Lawſon, *on a ſandy Hill a little below* Common Holm Bridge, *where the Water is croſſed near* Great Strickland, Weſtmorland.

Reptatrix eſt, foliis peranguſtis: Cauliculi duos tréſve flores geſtant rubellos cum corolla punctorum ſaturatiorum circa umbilicum. Seriùs florere incipit & ad Autumnum uſque perſeverat.

2. Caryophyllus ſimplex flore minore pallidè rubente *C. B. Common Pinks.* In muris lapideis & lateritiis eodem ferè modo oritur quo Keiri ſeu Leucoium luteum. *I have obſerved it in many places; whether originally a Native or no, I cannot ſay.*

3. Cary-

3. Caryophyllus latifolius barbatus minor annuus, flore minore. Armeria ſylveſtris altera, calyculo foliolis faſtigiatis cincto *Lob.* Caryophyllus pratenſis *Ger.* pratenſis noſter major & minor *Park.* Viola barbata anguſtifolia Dalechampii *J. B.* Caryophyllus barbatus ſylveſtris *C. B. Deptford Pink.* In pratis & paſcuis ſolo arenoſo aut glareoſo, non tamen admodum frequens. Flores parvi purpurei.

§. Lychnidis notæ ſunt calyx floris integer, ſtriatus plerunque & tumidior; vaſculum ſeminale plurimùm pyriforme, ſumma parte ſe aperiente in oras dentatas, ſeminibus turgidioribus, non latis compreſſis & rugoſis ut in Caryophyllis, repletum.

1. Lychnis maritima repens *C. B.* marina repens alba *Park.* marina Anglica *Ger.* marina Anglicana *J. B. Engliſh Sea-Campion.* In toto litore Meridionali Angliæ, nonniſi inter ſilices & braſſicas marinas, quà fere undæ alluunt enaſci obſervavit Lobelius.

Primo pullulatu folia valde incana ſunt: flores majores & ſpecioſiores ſunt quàm in Ben albo vulgari.

2. Lychnis ſylveſtris, quæ Ben album vulgo *C. B.* Behen album *Officin. Ger.* Been album Officinarum *J. B.* Papaver ſpumeum ſive Ben album vulgò *Park. Spatling Poppy, White Bottle*, rectius *Bladder-Campion, or white Corn-Campion.* Inter ſegetes. Hæc planta foliis eſt plurimùm glabris, nonnunquam tamen hirſutis; ſtaminum quoque apicibus plerunque albis interdum purpureis reperitur.

3. Lychnis plumaria ſylveſtris ſimplex *Park. par.* Armerius pratenſis *Ger.* Caryophyllus ſimplex laciniatus VII. i. e. Caryophyllus pratenſis laciniato flore ſimplici, ſive Flos cuculi *C. B.* Flos cuculi, Odontis quibuſdam *J. B. Meadow Pink, Wild Williams, Cuckow-flower.* In pratis humidis & ad rivos. Variat interdum flore albo.

4. Lychnis ſegetum major *C. B.* Lychnoides ſegetum ſive Nigellaſtrum *Park.* Pſeudomelanthium *Ger. J. B. Cockle.* Inter ſegetes.

5. Lychnis ſegetum parva viſcoſa. *Among Corn about* Saxmundham, *and between the two* Wind-mills *and* Warren-Lodge *at* Mewel, Suffolk. *Mr.* Newton. Specimen hujus oſtendit nobis D. Newton, cui ramuli tenues, folia anguſta acuminata, ſatis crebra. In ſummo flos unicus è calyce anguſto oblongo, ſtriato, hirſuto, albus, petalis oblongis, anguſtis, in extremo bifidis.

6. Lych-

6. Lychnis Saponaria dicta. Saponaria *Ger.* vulgaris *Park. J. B.* major lævis *C. B. Common Sopewort.* Ad fluvios in Cambriæ & Angliæ Occidentalibus sæpius observavimus. Cum flore pleno, *at* Carnforth *in* Lancashire, *found by Mr.* Lawson.

7. Lychnis Saponaria dicta folio convoluto. Saponaria concava Anglica *C. B.* Anglica convoluto folio *Park.* Gentiana concava *Ger.* Folio convoluto *J. B. Hollow-leaved Sopewort. This was first found by* Gerard *in a small Grove of a Wood called the* Spiney *near* Lichbarrow *in* Northamptonshire.

8. Lychnis sylvestris albo flore *Ger. emac. Park.* Sylvestris alba simplex *C. B.* Ocymoides album multis *J. B. Wild white Campion.* In pascuis & ad sepes passim. Quæ flore pleno in hortis colitur *White Batchelors buttons* dicitur.

Folia lata, flos candidus petalis bifidis.

9. Lychnis sylvestris rubello flore *Ger.* sylv. flore rubro *Park.* sylv. sive aquatica purpurea simplex *C. B.* Ocymoides purpureum multis *J. B. Red flower'd wild Campion.* Ad sepes & fossas, ínque sylvis humidioribus passim. Quæ flore pleno in hortis frequens est *Red Batchelors buttons* dicitur.

Loco natali in aquosis, caulibus infirmioribus, foliis mollioribus & flaccidioribus, floribus rubellis à præcedente differt.

10. Lychnis sylvestris flore albo minimo Hist. nost. p. 996. Lych. sylv. annua angustifolia flore rubente *Cat. Ang.* Lych. sylv. alba spicâ reflexa *Botan. Monsp. Small Corn Campion with a very small white Flower. Found by Mr.* Dent *among Corn near the* Divels Ditch *in* Cambridgeshire; *also by Mr.* Dale *in* Essex. Non multùm differt à Lychnide sylv. 6. *Clus.* ut neque à Lychnide segetum Meridionalium annua hirta, floribus albis uno versu dispositis. D. Dale eandem esse conjectatur cum Lychnide arvensi minore Anglica *Park.* quam in arvis propè Colcestriam oriri tradit. Quin & exceptis floribus persimilis est Lychnidi hirsutæ flore eleganter variegato Hist. nost.

11. Lychnis sylvestris alba 9. Clusii *Ger. emac.* montana viscosa alba latifolia *C. B.* sylv. alba, sive Ocymoides minus album *Park.* Polemonium petræum Gesneri *J. B. Wild white Catchfly. On the Walls of* Nottingham *Castle, and thereabout; shewn us first by* Tho. Willisel.

Caule breviore, flore evanido, petalis profundè fissis, caulibus subtus flores viscosis à Lychnide sylv. alba distinguitur.

12. Lych-

12. Lychnis major noctiflora Dubrensis perennis Hist. nost. p. 995. ubi vide descriptionem. *Great night-flowering Campion of* Dover-Cliffs. *Found by Mr.* Newton, *who affirms it to be different from the precedent. I have not yet collated them; but this is nothing so viscous as that, indeed some Years hardly discernible to be so at all.*

13. Lychnis noctiflora *C. B. Park.* Ocymoides non speciosum *J. B. Night-flowering Campion. Found by Mr.* Dale *among Corn.* Ab Ocymoide albo differt flore minùs pulchro, internoctu tantum se aperiente, quòd viscosa sit, quódque radice annua.

14. Lychnis sylvestris viscosa rubra angustifolia *C. B. Park.* Odontidi sive Flori cuculi affinis Lychnis sylv. 1. Clusii in Pannon. 4. in Hist. post. *J. B.* Muscipula angustifolia *Ger. emac. Red German Catchfly. Found by* Tho. Willisell *upon the Rocks in* Edinburgh Park: *by Mr.* Lloyd *on the sides of* Craig Wreidhin *Hill in* Montgomeryshire *in* Wales.

15. Lychnis viscosa flore muscoso *C. B.* Sesamoides Salamanticum magnum *Ger.* Muscipula Salamantica major *Park.* Muscipula muscoso flore seu Ocymoides Belliforme *J. B. Spanish Catchfly; Star of the Earth. In and about the Gravel-Pits on the North-side of* Newmarket *Town: also by the Way-sides all along from* Barton Mills *to* Thetford *in Norfolk.* Vide Hist. nost. App. p. 1895.

Floribus luteo-herbaceis perexiguis cum pluribus intus staminibus prælongis; caulibus subtus flores admodum viscosis, foliis glabris spissis Bellidiformibus, ab aliis Lychnidum speciebus differt.

16. Lychnis Alpina minima *Hist. nost.* 1004. Caryophylleus 9. Clusio. Caryophyllus pumilio Alpinus *Ger. emac.* Muscus Alpinus flore insigni dilutè rubente *J. B.* Ocymoides muscosus Alpinus *Park.* Lychnis Alpina pumila folio gramineo, seu Muscus Alpinus Lychnidis flore *C. B. The least Mountain Campion, or Mosse Campion. On the steep and higher Rocks of* Snowdon-Hill *in* Carnarvanshire *almost every where; observed by Mr.* Lloyd, *or another* Welsh *Gentleman, whose Catalogue of rare Plants gathered thereabouts was sent me by my worthy Friend* Dr. Tancred Robinson.

Vide annon hæc sit etiam Gentianella omnium minima *C. B. prod?*

§. Ledum

§. Ledum paluſtre noſtras Arbuti flore. Roſmarinum ſylveſtre minus noſtras *Park.* Viti Idææ affinis Poliſolia montana *J. B.* Tom. 1. lib. 5. c. 10. *Marſh Ciſtus, or wild Roſemary. We have obſerved it in many Moſſes and mooriſh Grounds in* Cheſhire, Lancaſhire *and* Scotland. *Mr.* Lawſon *on* Brigſteer *Moſſe not far from* Kendal, Weſtmorland, *and* Middleton *Moſſe by* Lancaſter.

Flos, ut ex icone ejus ad vivum depicta à D. Joanne Fitz-Roberts, & à D. Tho. Lawſon ad me tranſmiſſa apparet, Arbuti aut Ericæ paluſtris florem imitatur: verùm in notis ad iconem additis eum deſcribit autor dilutè rubentem, concavum ad modum floris Lilii convallium, pentagonum: fructum flore coloratiorem.

Fructus autem ſiccus unà miſſus in quinque cellulas diviſus erat Ciſti in modum.

§. Ciſtus humilis capſulis trigonis, radice perenni.

1. Chamæciſtus vulgaris flore luteo *C. B.* Helianthemum vulgare *Park.* vulgare flore luteo *J. B.* Anglicum luteum *Ger. item* luteum Germanicum *ejuſdem. Dwarf Ciſtus, or little Sun-flower.* In montoſis ſiccioribus, præſertim cretaceis. *Mr.* Lawſon *gathered it on* Gogmagog Hills *with a white Flower; which variety is very rare in this Plant, and never obſerved by me.*

Flos amplus caducus luteus è calyce trifolio, cauliculi provoluti; folia adverſa, ſupernè intenſiùs viridia, capſulæ trigonæ.

2. Chamæciſtus ſeu Helianthemum Alpinum folio Piloſellæ minoris Fuchſii *J. B.* [Piloſella minor Fuchſii eſt Gnaphalium montanum ſeu Pes cati] *Hoary dwarf Mountain-Ciſtus with Catsfoot Leaves. Found by Mr.* Newton *on ſome Rocks near* Kendal *in* Weſtmorland, *and by him not unaptly named* Chamæciſtus montanus folio latiore incano.

3. Chamæciſtus montanus Polii folio *D. Plukenet. Dwarf Ciſtus with Poley-mountain leaves. Found by the Doctor upon* Brent Downs *in* Somerſetſhire, *near the* Severn-*Sea.*

§. Hyperici notæ characteriſticæ, præter foliorum in caule ſitum adverſum, ſunt Flores flavi ſtaminibus multis cum ſtylo triplici: vaſculum ſeminale è tribus partibus compoſitum; coma attritu ſanguineum ſuccum reddens.

1. Hy-

Cistus ledon palustris Ros
:marini folio Arbuti flore
Rosmarinum Sylv. nostras
pag: 142



Hemionitis pumila
trifolia vel quinquefolia
maritima. pag: 26

1. Hypericum *Ger.* vulgare *C. B. Park.* vulgare ſeu Perforata, caule rotundo, foliis glabris *J. B. S. Johns-wort.* In dumetis & ad ſepes. Vires vid. Hiſt. noſt. p. 1018.

2. Hypericum pulchrum Tragi *J. B.* 5. ſeu pulchrum Tragi *Ger. emac.* IV. ſeu minus erectum *C. B. Small upright St. Johns-wort.* In ericetis inque dumetis. ſolo præſertim arenoſo aut glareoſo. *In* Trowgil *near* Clibburn, Weſtmorland. *Mr.* Lawſon.

Minor & humilior eſt præcedente; folia ſupernè obſcurè viridia, glabra, lata baſi caulem amplexa, mucrone acuto, ut triangula videantur; minora & ſolidiora ſunt quàm illius.

3. Hypericum minus ſupinum *Park.* minimum ſupinum *J. B.* minus ſupinum, vel ſupinum glabrum *C. B.* ſupinum glabrum *Ger. The leaſt trailing St. Johns-wort.* In paſcuis arenoſis, & ſterilioribus requietis agris.

4. Hypericum majus ſeu Androſæmum Matthioli *Park.* Hyp. Androſæmum dictum *J. B.* Androſæmum Hypericoides *Ger.* alterum foliis Hyperici, quod aliquibus Hypericoides *C. B. Tutſan, St. Johns-wort.* In dumetis & ad ſepes.

Ab Hyperico differt quòd tota pallidior eſt, caules hirſuti, minus ramoſi lineis extantibus carent; folia hirſuta majora, latiora & in caule crebriora; flores minores, pallidioréſque quàm illius.

5. Hypericum elegantiſſimum non ramoſum folio lato *J. B.* Aſcyron ſeu Hypericum bifolium glabrum non perforatum *C. B.* Androſæmum Matthioli *Park.* quoad deſcr. Androſæmum Campoclarenſe *Col. Elegant imperforate S. Johns-wort. Frequent in the Weſtern parts of* England, *and not very rare in the* North *and* Midland: præſertim in montoſis dumetis, *as upon S.* Vincent's *Rock near* Briſtol, *and a Hill on the Weſt ſide of* Denbigh *in* Wales. *On* Conzick Scar *by* Kendale, *and on the Rocks by the Rivulet between* Shap *and* Anna Well, Weſtmorland, *obſerved by Mr.* Lawſon.

Folia inferna parte per margines punctulis rubris inſcripta ſunt.

6. Hypericum maximum Androſæmum vulgare dictum. Androſæmum vulgare *Park.* max. fruteſcens *C. B.* Siciliana, aliis Cæciliana & Androſæmum *J. B.* Clymenum Italorum *Ger. Tutſan or Park-leaves.* In dumetis & ſepibus. *In the Lady* Holme *in* Winander *Mere,* Weſtmorland.

Vaſculum ſeminale rotundum baccam ſimulat; ante exſiccationem ſc. pericarpio tegi videtur.

7. Hype-

7. Hypericum Aſcyron dictum caule quadrangulo *J. B.* Hyp. Aſcyron dictum IV. ſive Androſæmum hirſutum *C. B.* cur hirſutum appellat? Aſcyron *Ger.* vulgare *Park. S. Peters-wort.*

Caulibus quadratis, floſculis minoribus, loco natali circa rivulos, inque riguis & pratenſibus humidis ab Hyperico facilè diſtinguitur.

8. Aſcyron ſupinum villoſum paluſtre *C. B. Park.* ſupinum ἑλώδες Cluſii *Ger. emac. Marſh S. Peters wort with hoary leaves. On boggy Grounds, Moſſes, and ſhallow Pools of Water in the Weſtern parts of* England; *eſpecially towards the Lands-End in* Cornwal, *abundantly.*

Statura humili, foliis lanuginoſis, cæteris Hypericis rotundioribus; floribus paucioribus, locóque natali à congeneribus diſtinguitur. Addit Cluſius flores tritos ſanguineo ſucco non inficere.

§. 1. Lyſimachia lutea *J. B. Ger.* lutea major quæ Dioſcoridis *C. B.* lutea major vulgaris *Park. Yellow Willow-herb or Looſe-ſtrife.* In aquoſis & ad rivos, ſed rariùs.

Hujus notæ ſunt capſula bivalvis, flores lutei, folia Salicis oblonga, ad genicula interdum terna aut quaterna.

2. Lyſimachia lutea flore globoſo *Ger. Park.* bifolia flore globoſo luteo *C. B.* altera lutea Lobelii flore quaſi ſpicato *J. B. Yellow Looſe-ſtrife, with a globular Spike or Tuft of Flowers. Found by Mr.* Dodſworth *in the Eaſt Riding of York-ſhire.* Globuli ſeu ſpicæ florum ex alis foliorum exeunt.

§. 1. Anagallis mas flore phœniceo *C. B. Park.* Phœnicea mas *J. B.* Anagallis mas *Ger. Male Pimpernel.* In arvis & hortis. Serius & circa mediam æſtatem floret. Vires vide Hiſt. noſt. p. 1023.

2. Anagallis fœmina *Ger.* cærulea fœmina *J. B.* cœruleo flore *C. B. Park. Female or Blue-flower'd Pimpernel.* Inter ſegetes, ſed rariùs in Anglia: in exteris regionibus non minùs frequens eſt quàm mas. Præcedentis varietas potiùs eſt quàm ſpecies diſtincta.

3. Anagallis lutea *Ger.* flore luteo *Park.* lutea nemorum *C. B.* lutea Nummulariæ ſimilis *J. B. Yellow Pimpernel of the Woods.* In ſylvis & umbroſis humidioribus.

Ana-

Anagallidis notæ ſunt folia ex adverſo bina, in vulgari ſubtus maculoſa; flores in ſingulis foliorum alis ſinguli pediculis longis tenuibus hærentes, petalis ad ungues junctis, ut integri decidant: Vaſcula ſeminalia per maturitatem tranſverſim ſeu horizontaliter diſſilientia.

§. Anthyllis maritima lentiſolia *C. B. Park.* lentiſolia Peplios effigie maritima *J. B.* lentiſolia ſeu Alſine cruciata marina *Ger. emac.* Alſine litoralis foliis Portulacæ *C. B. Sea-Pimpernel or Sea-Chickweed with Lentil-like Leaves.* In litoribus maris arenoſis frequens. Quòd folia adverſa ſitu alterno crebra naſcantur cruciata videtur & dicitur. Vaſcula ſeminalia ut & ſemina quàm pro plantæ modo multò majora ſunt.

§. Alſines notæ ſunt Folia conjugatim in caule ſita; calyx ad modum floris in plura ſegmenta ſeu folia expanſus; vaſcula ſeminalia ſimplicia unica intus cavitate, ſeminibus medium occupantibus, exteriùs protegente vaſculo.

Alſines ſpecies anomalæ, flore tetrapetalo.

Has propter convenientiam in reliquis notis pro Alſines ſpeciebus habemus, quamvis petalorum numero differant.

1. Alſine tetrapetalos Caryophylloides, quibuſdam Holoſteum minimum. Alſine verna glabra *Botan. Monſp.* Alſine montana capillaceo folio *C. B. Park. The leaſt Stitchwort.* Vere floret in glareoſis ſterilioribus frequens.

Parvitate ſua, quodque cito evaneſcat; foliis ferè caryophylleis, flore tetrapetalo, & florendi tempore faciliè innoteſcit.

2. Saxifraga graminea puſilla, flore parvo tetrapetalo. Caryophyllus minimus muſcoſus noſtras *Park.* Saxifraga Anglicana Alſineſolia *Ger. emac. deſcr. Pearlwort, Chickweed-Breakſtone.* In uliginoſis, inque paſcuis ſterilioribus & hortorum ambulacris frequens.

Foliis peranguſtis obſcurè virentibus; floſculis petalis plerunque mutilis, vaſculis ſem. Alſines rotundis, membranaceis pellucidis à congeneribus diſtinguitur.

3. Saxifraga Anglica Alſineſolia annua *D. Plot. Hiſt. nat. Ox. Annual Pearlwort.* In ambulacris hortenſibus Collegii Baliolenſis Oxonii, inque novalibus & arvis requietis circa *Hedington* & *Cowley* agri Oxonienſis.

A præcedente differt caulibus & foliis sordidè viridibus ex fusco seu brunneo; radice annua, quódque non reptat ut illa, aut ex cauliculorum geniculis radices agat.

4. Saxifraga graminea pusilla foliis brevioribus, crassioribus & succulentioribus. *Observed by Mr.* Lawson *on* Whinny-Field-bank *by* Culler-coats, *near* Tinmouth *in* Northumberland.

5. Millegrana minima *Ger.* minima seu Herniaria minor *Park.* Polygonum minimum seu Millegrana minima *C. B. The least Rupture-wort or All-seed.* Æstate viget in ericetis sabulosis & humidioribus præsertim.

Cauliculis uncialibus ramosissimis, foliis Serpylli aut Alsines minimæ figurâ, sed multis numeris minoribus, absque pediculis adnatis ab aliis tetrapetalis Alsinis differt.

Alsinæ pentapetalæ genuinæ.

1. Caryophyllus holosteus arvensis glaber flore majore *C. B.* Gramen leucanthemum *Ger. Park.* Gram. Fuchsii sive leucanthemum *J. B. The greater Stitchwort.* In sylvis, dumetis & sepibus passim. Vere floret. Folia huic graminea acuta & rigida; caules infirmi; flores ampli in oblongis pediculis.

2. Caryophyllus holosteus arvensis glaber flore minore *C. B.* Gramen leucanthemum alterum *Ger.* leucanthemum minus *Park.* Gramini Fuchsii leucanthemo affinis & similis herba *J. B. The lesser Stitchwort.* In pascuis & vepretis, intérq; Genistas exit, præsertim solo arenoso.

Flores huic longè minores sunt quàm præcedenti, & quod paucis admodum conceditur, apices rubicundi sunt. Folia minora & breviora, plerunque viridia, interdum glauca.

3. Alsine hirsuta myosotis latifolia præcocior *Cat. Angl.* hirsuta altera viscosa *C. B.* viscosa *Park. The broader leaved Mouse-ear-Chickweed.* Aprili & Maio mensibus floret in siccioribus areis & pascuis ubique.

Florem habet minorem quàm proximè sequens, evanidum; folia breviora latiora pallidiora; caules erectiores; Quin & tota planta in siccioribus nonnihil viscosa est.

4. Alsine hirsuta myosotis *Ad.* arvensis hirsuta magno flore *C. B.* Auricula muris quorundam, flore parvo, vasculo tenui longo *J. B. Narrow-leaved Mouse-ear Chickweed.* In arvis restibilibus,

Serius

Serius floret quàm præcedens; cauliculi ramosiores & procidui, folia angustiora, viridiora, subaspera.

5. Alsines Myosotis facie Lychnis Alpina flore amplo niveo *D. Lloyd.* An Alsine Myosotis grandiflora montana repens *Cat. Cambr.?* Juxta aquas ad latera montis *Snowdon* copiosé. Floret circa initium Augusti, floréſque pro plantulæ modulo amplos sanè ostendit. An descripta sit dubitat inventor. Hujus generis alias plantas virides observavit Cat. Cambrobrit. autor, alias incanas, & quærit an specie differant.

6. Alsine major repens perennis *J. B.* Als. altissima nemorum *C. B.* item Alsine aquatica major *ejusdem.* Als. major *Park.* item aquatica seu palustris major *ejusdem.* Alsine major *Ger.* & Als. palustris *ejusdem. Great Marsh Chickweed.* In humidis & palustribus locis, & ad fluviorum ripas. Consule de hac planta J. Bauhinum & Hist. nost. p. 1030.

7. Alsine vulgaris seu Morsus gallinæ *J. B.* media *C. B.* minor *Park.* media seu minor *Ger. Common Chickweed.* In uliginosis ad sepes & vias, inque hortis inter olera passim per totam æstatem floret. Ratione loci aliorúmque accidentium magnitudine insigniter variat, ut pro diversis habeatur.

8. Alsine longifolia uliginosis proveniens locis *J. B.* Hanc P. Hermannus pro Alsine aquat. media *C. B.* i. e. Alsine fontana *Tab. Ger.* habet; verùm icon minimè convenit. *Long-leaved Water-Chickweed. On boggy Grounds, and by Rivulets and Ditch sides that carry Water all the Year.*

Folia hujus longa sunt, pallidè viridia, Gratiolæ paria sed minora; caules infirmi procumbentes, flosculi exigui, petalis quinis bifidis ad unguem usque.

9. Alsine myosotis lanuginosa Alpina grandiflora, seu Auricula muris villosa flore amplo membranaceo. An Caryophyllus holosteus Alpinus angustifolius *C. B. Prod.? Hairy Mountain Mouse-ear Chickweed with a large Flower.* In rupe Clogwyn y Garnedh totius Cambriæ altissima juxta Llanberys in Arvonia copiosé. Alsines Myosotis facie Lychnis Alpina grandiflora est species ab hac distinguenda foliis glabris crebrius in cauliculis dispositis, *&c.*

Alsinæ petalis integris, aliæque affines, incertæ sedis.

1. Alsine minor multicaulis *C. B.* minima *Ad. Lob. Dod. Ger. J. B.* aquatica minima *Park. The least Chickweed.* In iisdem cum Alsine media locis invenitur, non rarò etiam mu-

ris innascitur. Folia hujus figura & magnitudine ad Serpyllum accedunt, flos quinque petalis indivisis constat.

2. Alsine Plantaginis folio *J. B. Plantain-leaved Chickweed.* An Alsine fontana *Tab. Ger.?* i. e. aquatica media *C. B. Park.* Ad sepes & in dumetis locis uliginosis.

Nervi aversa parte foliorum elati Plantagineorum in modum; florum petala integra, semina nigra lucida reniformia hanc à cæteris distinguunt.

3. Alsine tenuifolia *J. B.* An Alsine nodosa Germanica *C. B. prod. Park.? Fine-leaved Chickweed. In the Corn Fields on the Borders of* Triplow Heath, Gogmagog *Hills and other places in* Cambridgeshire. Lino cathartico dum floret similis est, sed elatior.

4. Alsine pusilla pulchro flore, folio tenuissimo nostras; seu Saxifraga pusilla caryophylloides, flore albo pulchello. *Small fine-leaved Mountain Chickweed with a milk-white Flower.* In montosis Eboracensibus circa *Settle*, ut & Derbiensibus copiosé. Hæc est quam in Cat. Ang. pro Auricula muris, pulchro flore, folio tenuissimo *J. B.* habui.

Foliis angustissimis Caryophylleis, cauliculis numerosis procumbentibus, floribus albis pulchellis, & loco natali ab aliis speciebus nullo negotio distinguitur.

5. Alsine palustris foliis tenuissimis, seu Saxifraga palustris Anglica *Ger. emac.* Saxifraga palustris Anglica *Park. English Marsh-Saxifrage.* In palustribus mense Julio floret. Flores huic majores quàm pro plantulæ modo, caules erectiores quàm præcedenti. In foliorum alis glomeruli foliorum minutissimorum sedent velut ramulorum germina.

6. Alsine Spergula dicta major *C. B.* Spergula *J. B.* Saginæ Spergula *Ger. emac.* Saginæ Spergula major *Park. Spurrey.* Inter segetes.

Foliis angustissimis, multis caulem ad genicula radiatim ambientibus, flosculis albis pentapetalis satis discriminatur.

7. Spergula purpurea *J. B.* Alsineformis sive 5. cap. 463. lib. 2. *Ger. emac.* Saginæ Spergula minima *Park.* Alsine Spergulæ facie minor, seu Spergula minor flore subcœruleo *C. B. Purple Spurrey.* In arenosis frequens.

8. Alsine Spergulæ facie media *C. B.* Spergula marina nostras *J. B.* marina Dalechampii seu 4. cap. 463. *Ger emac.* Saginæ Spergula minor *Park. Sea-Spurry.* In salsis palustribus & maritimis passim.

A præ-

A præcedente, cui perſimilis eſt, facilè diſcernitur ſemine, quod huic compreſſum eſt & planum, illi parvum globoſum.

9. Alſine rotundifolia ſeu Portulaca aquatica *Ger. emac.* aquatica minor folio oblongo ſeu Portulaca aquatica *Park.* Anagallis Serpyllifolia aquatica *J. B. Water Purſlane, or round-leaved Water-Chickweed.* In paluſtribus & aquoſis ubi per hyemem aquæ ſtagnârant frequentiſſima.

Foliis Portulacæ; floribus purpurantibus hexapetalis, in ſingulis foliorum alis ſingulis ſeſſilibus, locóque natali dignoſcitur.

10. Alſine parva paluſtris tricoccos, Portulacæ aquaticæ ſimilis. Portulaca exigua ſeu arvenſis Camerarii *J. B.* arvenſis *Ger.* exigua Camerarii *Park.* An Alſine paluſtris Serpyllifolia *Ger. emac?* Alſ. aquatica ſurrectior *J. B? Small Water Chickweed or Purſlane, by ſome called Blinks.*

Amat loca humida & paluſtria: vere pluvioſo etiam inter ſegetes obſervavimus.

Foliis Portulacam aliquatenus referentibus, floſculis albis pentapetalis vix unquam ſe aperientibus, vaſculo denique tricocco, in tres carinas per maturitatem dehiſcente, cuivis inquirenti ſe detegit.

§. Lyſimachia purpurea *Ger. Park.* purpurea, quibuſdam ſpicata *J. B.* ſpicata purpurea, fortè Plinii *C. B. Purple ſpiked Willow-herb or Looſe-ſtrife.* In paluſtribus & ad fluviorum ripas.

Lyſimachia purpurea trifolia caule hexagono Spigel. Iſag. varietas potiùs præcedentis eſt quàm ſpecies diſtincta.

Flos huic hexapetalos, & quod notabile eſt petala non oriuntur ex imo calyce, ſed ex ſummo ejus margine.

§. Caryophyllus marinus minimus *Ger. Lob.* montanus minor *C. B.* Caryophylleus flos aphyllocaulos vel junceus minor *C. B.* Gramen marinum minus, *Park. Thrift, Sea Gillyflower.* In paluſtribus maritimis, inque ſcopulis frequens. Non ab re Caryophyllum hunc montanum appellat *C. B.* Nam & nos propè Moguntiam Germaniæ urbem eum invenimus: & *D. Lawſon* in Angliæ etiam Mediterraneis propè montem *Hinkleheaugh. In* Bleaberrygill *at the Head of* Stockdale Fields. Non longe à *Settle* oppido Eboracenſi: & Catalogus Cambrobritannicus à *D. Tancredo Robinſon* ad me tranſmiſſus in pleriſque montibus & rupibus altioribus inveniri tradit circa *Snowdon,*

Folia graminea, caulis aphyllos, flores pentapetali in capitulum Scabiosæ æmulum congesti sufficiunt hujc ad distinctionem.

2. *Pentapetalæ foliis in caule alterno aut nullo ordine positis.*

§. Sedi prout à Cotyledone & Sanicula guttata distinguitur folia angusta sunt, crassa plerunque & succulenta, non dentata aut serrata; vascula seminalia bicornia, quod utrisq; commune est.

1. Sedum minus teretifolium album *C. B.* minus, folio longiusculo tereti, flore albo *J. B.* minus Officinarum *Ger.* Vermicularis flore albo *Park. White-flower'd Stone-crop with round-pointed Leaves.* In veteribus muris & tectis.

2. Sedum Alpinum ericoides cœruleum *C. B. J. B. Mountain Heath-like Sengreen with large purple Flowers.* In rupibus, ad latus Septentrionale Montis *Ingleborough* copiosissimé. *Observed also by Mr.* Lloyd *on the steep and higher Rocks of* Snowdon *almost every where. Catal. of rare* North-wales *Plants sent me by Dr.* Tancred Robinson. Primo vere flores suos speciosos producit. Folia autem ad Serpyllum propiùs quàm Ericam accedunt.

3. Sedum parvum acre flore luteo *J. B.* Sempervivum minus vermiculatum acre *C. B.* Vermicularis seu Illecebra minor acris *Ger.* Illecebra minor seu Sedum tertium Dioscoridis *Park. Wall-Pepper or Stone crop.* In muris, tectis & siccioribus. Herba Arthritico-Scorbutica *Cat. Altd.* Flores pro parvitate plantulæ speciosi. Foliolorum latitudo longitudine ferè par. Hinc obiter corrigere liceat errorem Typographicum in hujus descriptione admissum Hist. nost. p. 1041. l. 41. ubi pro *palmari* quod imprimitur legendum *pari.*

4. Sedum minimum non acre flore albo. *Small white-flower'd Stone-crop not biting.* In sterilioribus Suffolciæ, itinere à *Yarmouth* ad *Dunwich* plurimum observavimus; item in rupibus Westmorlandicis & Lancastrensibus prope *Winandermere*, &c.

5. Sedum minus Alpinum luteum nostras. *Small yellow Mountain-Sengreen. On the sides of* Ingleborough-Hill *about the Rivulets and springing Waters on the Northside of the Hill plentifully; and in the like places about* Shap *in* Westmorland. Descripticnem vid. Hist. nost. p. 1042.

6. Sedum

6. Sedum Alpinum trifido folio *C. B.* Alpinum laciniatis Ajugæ foliis *Park.* Sedis affinis trifulca. Alpina flore albo *J. B. Small Mountain Sengreen with jagged Leaves. On* Snowdon *and other high Mountains in* Wales; *as alſo on* Ingleborough-Hill *in* Yorkſhire, *and many other Hills in the* North. *Mr.* Lawſon *obſerved it by* Malham Cove *in* Yorkſhire, *and among the Rocks South of* Sir John Lowthers, *Weſtmorland.*

7. Sedum tridactylites tectorum *C. B.* Tridactylites tectorum flore albo *J. B.* Paronychia rutaceo folio *Ger.* foliis incisis *Park. Rue-Whitlow-graſs.* In muris & tectis locisq; ruderatis paſſim.

Seda foliis latioribus, minùs ſucculentis, ſerratis aut crenatis.

1. Cotyledon hirſuta *P. B. Hairy Kidney-wort. By the Rills, and on the moiſt Rocks of many Mountains in* Wales, *as* Snowdon, Carnedh-Llewellyn, Caderidris, &c. *I found it alſo in the North, on* Hardknot *and* Wrenoſe *in* Weſtmorland. Deſcriptionem vide Hiſt. noſt. p. 1047. *By* Buckbarrow Well *in* Long Sledale, Weſtmorland.

Hanc plantam nondum à quoquam deſcriptam puto, neque enim Saniculæ Alpinæ aliquatenus affinis *J. B.* neq; Saniculæ montanæ alterius 2. ſpeciei Cluſii deſcriptiones ei conveniunt, ut aliquando opinatus ſum.

2. Sanicula aizoides ſeu Sedum ſerratum floſculis compactis immaculatis. In ſummis Alpibus Arvoniæ è rupium commiſſuris oritur. Invenimus autem in rupibus *Cloguwyn y Garnedh Crîb y Diſtilh, y Cloguwyn du ymhen y Gluder*, &c. juxta *Lhan-Berys.* D. Lloyd.

3. Sedum foliis ſubrotundis crenatis, radice granuloſa, Saxifraga alba dictum. Saxifraga alba *Ger.* alba vulgaris *Park.* rotundifolia alba *C. B.* alba radice granuloſa *J. B. White Saxifrage.* In aggeribus ſepium & paſcuis ſiccioribus. Flores albi ſunt, petalis minimè bifidis.

§. Graminis Parnaſſi dicti notæ ſunt Pericarpium conoides è tribus carinis compoſitum. Flos uniformis, ſpecioſus, albus, in uno caule unicus, Folia parva hederacea; Locus paluſtris.

Gramen Parnaſſi *Lob. Ger.* Parn. vulgare *Park.* Parn. flore albo ſimplici *C. B.* Parn. Dodonæo, quibuſdam Hepaticus flos *J. B. Graſs of Parnaſſus.* Auguſto menſe floret in paluſtribus.

§. Violæ notæ sunt Flos pentapetalos difformis calcari donatus; vasculum seminale ternis loculamentis distinctum: Duplex est, alia foliis subrotundis, alia oblongis.

1. Viola Martia purpurea *J. B. Ger.* Martia purpurea, flore simplici odoro *C. B.* simplex Martia *Park. parad. Purple sweet Violet.* Ad sepes & in aggeribus fossarum.

Flore saturatiore purpura tincto, paulo minore, & odoratiore; foliis etiam rotundioribus, & tempore florendi præcociore à Viola canina differt.

2. Viola Martia alba *C. B.* Martia flore albo *Ger.* Martia flore albo odorato *J. B.* simplex Martia flore albo *Park. White sweet scented Violet.* Cum priore & multo frequentior, à qua non videtur specie differre; sed fortè ob siccitatem aut sterilitatem soli florum color languescit.

3. Viola Martia inodora sylvestris *C. B.* canina sylvestris *Ger.* cærulea Martia inodora sylvatica, in cacumine semen ferens *J. B.* Viola sylvestris *Park. Wild or Dogs Violet.* Ad sepes & in dumetis passim. Notis Violæ Martiæ odoræ & Violæ caninæ discretivis superiùs propositis adde Violam caninam in cacumine semen ferre in vasculo productiore triquetro.

4 Viola palustris rotundifolia glabra D. *Morison*, & D. *Plot.* In humidis & paludosis locis, musco obductis invenitur, *as on the Banks of the River* Chervil, *between* Oxford *and* Water Eyton.

Folia rotunda glabra; flores duplo triplóve quàm Violæ Martiæ minores, capsulæ oblongæ tenues.

5. Viola rubra striata Eboracensis *Park.* In palustribus & humidis pratis hujusmodi Violam aliquando observâsse meminimus.

6. Viola Martia major hirsuta inodora D. *Morison*, & D. *Plot.* Viola Trachelii folio vulgó. *Violet with Throatwort leaves.* In sylvis cæduis prope Oxonium copiosè, *as in* Shotover *Hill*, Stow *Wood*, Magdalen *College Woods. Found also in several places of* Essex *and* Cambridgeshire *by Mr.* Dale. V. Hist. nost. p. 1051.

Flores pallidè cærulei lineis albis striati; nec repit flagellis uti Viola Martia, neque in ramos dividitur ut canina.

7. Viola tricolor *Ger.* tricolor major & vulgaris *Park.* tricolor hortensis repens *C. B.* Jacea tricolor sive Trinitatis flos *J. B. Pansies or Hearts-ease*, vulgò *Three Faces under a Hood.* In montosis Septentrionalibus Angliæ inter segetes, inque maceriis & sepium aggeribus frequens. 8. Vi-

8. Viola montana lutea grandiflora nostras. Viola flammea lutea seu 5. *Ger.* Jacea elegantissima flore luteo amplissimo *P. B. Pansies with a large yellow flower.* In montosis pascuis tum Septentrionalibus, tum Wallicis, solo putrido & palustri multoties observavimus. Specie differre videtur à præcedente.

9. Viola bicolor arvensis *C. B.* tricolor sylvestris *Park.* Jacea bicolor, frugum & hortorum vitium *J. B.* Inter segetes.

Flosculi multò minores sunt tricoloris hortensis floribus, colore albido aut luteo, minimè venusto aut vivido.

10. Viola Martia Alpina folio tenello circinato. An fortè Alpina lutea? florem enim nondum vidimus. In rupe *Clogwyn y Garnedh* supra lacum *Phynon lâs.* D. *Lloyd.*

§. Resedæ notæ sunt Flos hexapetalos, cujus partes difficulter admodum discerni & distingui possunt: Vasculum seminale in terna loculamenta divisum, quæ vix unquam perfectè clauduntur, sed perpetuò hiant & in nonnullis adeò diducta sunt ac si discreta seu disjuncta essent.

1. Reseda vulgaris *C. B.* minor seu vulgaris *Park.* Plinii *Ger.* lutea *J. B. Base-Rocket.* In arvis cretaceis, nonnunquam & in muris.

Folia huic obscurè viridia, Erucæ marinæ ferè divisurâ; flores ochroleuci.

2. Luteola *Ger.* vulgaris *Park.* Lutea herba Salicis folio *C. B.* Lutea Plinii quibusdam *J. B. Wild Woad, Yellow-weed, Diers weed.* In muris & locis ruderatis, non rarò etiam in arvis requietis. Seri aiunt nonnullis in locis ad usum tinctorum.

Folia longa angusta integra; thyrsi florum prælongi teretes; vascula seminalia tripartita, hiulca.

§. Gratiola angustifolia *Ger. emac.* angustifolia seu minor *Park.* Hyssopifolia *C. B.* Hyssopifolia aquatica *J. B. Small Hedge-Hyssop, Grass-Poley.* In aquosis & ubi per hyemem aquæ stagnârant, sed rariùs.

Folia Hyssopi; Flosculi cærulei pentapetali, è foliorum sinubus exeuntes singuli vel bini; calyces vascula seminalia continentes oblongi.

N. Hæc planta in Hist. nost. p. 1055. capiti de Reseda malè inseritur, cùm proprium debeat constituere caput; ut

&

& Ageratum purpureum Dalechampii; sunt enim plantæ singulares & sui generis.

§. Geranium vasculo pentacocco rostrato ab omnibus cujuscunque generis plantis distinguitur, ut non necesse sit aliam characteristicam quærere.

1. Geranium pusillum supinum maritimum Althææ aut Betonicæ folio nostras. *Small Sea-Cranesbill.* In arenosis & glareosis prope litus Angliæ Occidentale v. g. in insulis Mona & Prestholma; in Wallia circa Carnarvan, Cornubia circa Pensans & alibi copiosissimé.

2. Geranium Cicutæ folio inodorum *Ger.* Cicutæ folio minus & supinum *C. B.* moschatum inodorum *Park. Field-Cranesbill without scent.* In arenosis post mediam æstatem floret. J. Bauhinus Geranii moschati duas species facere videtur; non tamen separat Geranium minus vel arvense *Tab.* i. e. Geranium moschatum inodorum *Ger.* à Geranio suo moschato folio ad Myrrhidem accedente minore, at neque in hujus descriptione ullam odoris moschi mentionem facit: proinde fortasse ob similitudinem solam in externa figura cum Geranio moschato, Geranium minus moschatum appellat, quomodo Gerardus & Parkinsonus moschatum inodorum idem vocant. Nos ergo in sententia adhuc persistimus, J. Bauhinum duas tantùm Geranii moschati seu Cicutæ folio species agnoscere; nimirum *majorem*, odore moschi, foliis non ita altè incisis, & nonnunquam tantùm serratis, & *minorem*, seu Geranium arvense minus *Tab.* moschatum inodorum *Ger. Park.* quo de nunc agimus. C. Bauhinus etiam duas tantùm species facit, nimirum Geranium Cicutæ folio moschatum, quod nonnunquam inodorum est; & Geranium Cicutæ folio minus & supinum. Utcunq; non negaverim dari speciem quandam Geranii moschati minorem, quamvis ipse nondum eam viderim.

3. Geranium Cicutæ folio inodorum album *Ger.* arvense album *Tab.* Hoc non floris colore tantùm sed & aliis accidentibus à præcedente differt, unde specie diversum judico. v. descriptionem Hist. nost. p. 1057. Caules huic crassiores sunt, folia minùs argutè secta; flores non tantùm colore differunt, sed & majores sunt.

4. Geranium moschatum *Ger. Park.* Cicutæ folio moschatum *C. B.* moschatum folio ad Myrrhidem accedente majus *J. B. Musked-Cranesbill or Muscovy. I observed it near* Bristol *on a little Green you pass over going thence to S.* Vin-

S. Vincents *Rock*. *I have from Dr.* Lister, *that in* Craven *it is very common.*

Præcedentes tres Geranii ſpecies in eo conveniunt quod in eodem communi pediculo plures geſtent flores velut in umbella. Prima ſpecies à tertia facilè diſcernitur tum foliis altiùs inciſis, tum odoris carentiâ.

5. Geranium Robertianum *C. B. Ger.* Robertianum vulgare *Park.* Robertianum murale *J. B. Herb Robert.* Ad ſepes ubique, inque muris & locis ruderatis. Flos communiter purpureus, rariùs albus.

Foliis ad aliquam umbelliferæ ſpeciem accedit. Odore tetro nobis & ingrato eſt.

6. Geranium columbinum majus flore minore cæruleo. *The greater blue-flowered Dovesfoot-Cranesbill.* In locis ruderatis & glareoſis, ſepiúmque aggeribus.

7. Geranium columbinum *Ger.* columbinum vulgare *Park.* folio rotundo, multùm ſerrato ſive columbinum *J. B.* folio malvæ rotundo *C. B.* *Dovesfoot or Dovesfoot-Cranesbill.* Ad ſepes & ſemitas, inque locis ſabuloſis.

A præcedente differt foliis minoribus, mollioribus, villoſis, floribus multo majoribus & hilari purpura nitentibus: eóque multo minus & humilius eſt.

8. Geranium columbinum majus diſſectis foliis *Ger. emac.* malacoides laciniatum ſeu columbinum alterum *Park.* an columbinum tenuiùs laciniatum *C. B?* Malacoides ſeu columbinum tenuiùs laciniatum *Park.* *Dovesfoot-Cranesbill with jagged leaves.* In paſcuis ſterilioribus locis glareoſis & ad ſepes; necnon arvis requietis.

Folia huic ad pediculum ferè diviſa ut in Geranio Batrachoide, duriora & minùs hirſuta quàm in præcedentibus, flores purpurei amœni, nullis lineolis ſtriati.

9. Geranium columbinum diſſectis foliis, pediculis florum longiſſimis. *Jagged Dovesfoot-Cranesbill with flowers on long foot-ſtalks.* A Jacobo Bobarto mihi primùm oſtenſum Oxonii in agris vicinis collectum: poſtea & ipſe obſervavi copioſum in agro Cantiano circa *Swanley* non procul Darfordia: D. *Goodyer* in Southamptoniæ comitatûs locis plurimis.

10. Geranium columbinum maximum foliis diſſectis *Hiſt. nat. Oxon.* columbinum majus foliis imis longis uſque ad pediculum diviſis *Moriſ. hiſt.* *The greateſt Dovesfoot-Cranesbill with diſſected leaves.* In ſylvis prope *Marſton* vicum, & alibi in Comit. Oxon. Deſcriptionem vid. Hiſt. noſt. p. 1060.

p. 1060. Floribus rubris majoribus à sexta specie seu Geranio columbino primo differt.

11. Geranium hæmatodes *Park.* sanguineum *Ger.* sanguineum maximo flore *C. B.* sanguineum sive hæmatodes crassa radice *J. B. Bloody-Cranesbill.* In ericetis & dumetis præsertim montosis frequens occurrit.

Flore sanguineo speciosio in uno pediculo unico, foliis dissectis, parvis, obscurè viridibus ab aliis Geraniis distinguitur.

12. Geranium hæmatodes Lancastrense flore eleganter striato *Hist. nost.* p. 1061. *Bloody-Cranesbill with a variegated flower.* In insula *Walney* Lancastriæ adjacente solo arenoso ad maris litus invenit D. *Lawson.*

In hortis satum non mutat floris colorem, unde ab hæmatode vulgari specie distinctum esse constat, à quo & aliis accidentibus, ut parvitate & humilitate sua differt.

13 Geranium batrachoides *J. B. Ger.* batrachoides flore cæruleo *Park.* batrachoides, Gratia Dei Germanorum Lobelio *C. B. Crowfoot-Cranesbill.* In pratis & pascuis humidioribus non rarò occurrit, inque agrorum marginibus inter vepres. Variat floris colore : Flore eleganter variegato, quale in hortis colitur observavit D. *Lawson in Old Deer Park by* Thornthwait *in* Westmorland. Magnitudine sua, foliis ad pediculum ferè dissectis, rugosis, floribus speciosis ex purpura cærulescentibus striatis, ab aliis Geraniis distinguitur.

14. Geranium batrachoides montanum nostras. An Batrachoides minus *Park?* batrachioides alterum *Ger. emac.* batrachiodes minus seu alterum *Clus. hist?* batrachiodes folio Aconiti *C. B?* batrachoides aliud folio Aconiti nitente Clusii *J. B?* *Mountain Crowfoot-Cranesbill.* In pratis montosis & dumetis agri Westmorlandici & Eboracensis copiosè.

Folia hujus molliora & flaccidiora, minùs profundè secta, minúsque rugoso sunt quàm batrachoidis vulgaris, magisque accedunt ad Geranii fusci folia: flores etiam minores sunt & rubicundiores quàm illius.

15. Geranium saxatile *Ger. emac. Park.* lucidum *J. B.* lucidum saxatile *C. B Shining or Stone-Dovesfoot-Cranesbill.* In tectis, muris & maceriis antiquis, præsertim umbrosis.

Foliis

Foliis glabris lucidis, quàm Geranii columbini minoribus, floribus Geranii Robertiani, ſed minoribus, cauliculis rubentibus ſe prodit.

§. Linum *J. B.* ſativum *C. B. Ger. emac. Park. Manured Flax.* Seritur in agris. Radice annua, foliis glaucis, capitulis majoribus, ſemine melino, fibris caulium ad linteamina conficienda idoneis ab aliis ſpeciebus dignoſcitur. Vires & uſus Lini ejúſque partium vide Hiſt. noſt. p. 1072.

2. Linum ſylveſtre ſativum planè referens *J. B.* arvenſe *C. B.* ſylveſtre vulgatius *Park. Common wild Flax.* Inter ſegetes frequens. Neſcio an aliter à ſativo differat quàm ut ſylveſtre à culto.

3. Linum ſylveſtre cæruleum perenne noſtras. *Wild perennial blue Flax.* In agri Cantabrigienſis collibus *Gogmagog* dictis ad margines ſatorum copioſé. *At* Crosby Ravenſworth *and between* Shap *and* Threapland, Weſtmorland. Duûm eſt generum, alterum Linum perenne majus cæruleum capitulo minore Moriſono dicitur: Alterum Linum perenne minus cæruleum capitulo minore, quod caulibus reclinatis, foliis anguſtioribus, floribus & capitulis quadruplo minoribus ab illo differt. Locis prædictis utrumque invenitur. Linum hoc nulli præter Moriſonum Botanico deſcriptum arbitror; at nec illi ſatis plenè & accuratè; unde in Hiſt. Plant. noſtra, ſpecies duas jam dictas erroneè pro diverſis ab hoc noſtrate Lino habui & propoſui; Differt hoc genus Lini à vulgari non tantùm duratione, ſed & capitulis minoribus, & ſeminis colore ex fuſco nigricante.

4. Linum ſylveſtre anguſtifolium floribus dilutè purpuraſcentibus vel carneis *C. B.* ſylv. anguſtifolium *J. B.* An Linum ſylv. 6. anguſtifolium *Cluſ?* *Narrow-leaved wild Flax. In the Paſtures by the Sea ſide about S.* Ives, *and* Truro *in* Cornwal *plentifully.* Flores huic, ut rectè *C. B.* ex diluta purpura candicant & quaſi carnei ſunt, virgulæ valdè graciles, firmæ tamen, folia anguſta mucronata: ut dubitem an non hæc ſit Lini ſylv. quinti Cluſii varietas.

5. Linum ſylveſtre catharticum *Ger. emac.* pratenſe floſculis exiguis *C. B.* Chamælinum Cluſii flore albo, ſive Linum ſylveſtre catharticum *Park.* Alſine verna glabra floſculis albis, vel potiùs Linum minimum *J. B. Purging or wild Dwarf-Flax or Mill-mountain.* In paſcuis ſiccioribus præſertim montoſis. Floret Junio & per totam æſtatem.

Patvi-

Parvitate ſua, floribus albis exiguis, vaſculis lini canaliculatis, & vi cathartica ab aliis Linis abundè diſtinguitur.

§. Plantaginella paluſtris *C. B.* Plantago aquatica minima *Park.* In fundis piſcinarum aquis æſtate exſiccatis, aut alibi ubi per hyemem aquæ ſtagnârant.

A Plantagine toto genere differt: nam floſculi pentapetali ſunt, & ſinguli ſingulis pediculis inſident, quibus ſuccedunt vaſcula ſeminalia turgidula, bicapſularia, ſeminibus plurimis ruſſis repleta. Ob folia ſimilia Plantago dicta eſt.

Vaſculiferæ flore pentapetaloide.

§. Primulæ veris dictæ, quæ & Paralyſis, caules foliis nudi ſunt, flores è tubo longo in folia ſeu potiùs lacinias quinque bifidas expanſi, eorúmque calyces oblongi, concavi, laxi, ſtriati. Folia rugoſa, molliora, minus craſſa ſeu ſpiſſa.

1. Primula veris vulgaris *Park.* veris minor *Ger.* veris, floribus ex ſingularibus pediculis, majoribus, ſimplicibus *J. B.* Verbaſculum ſylvarum majus ſingulari flore *C. B.* *Common Primroſe.* In ſylvis, ſepibus & dumetis verno tempore ubique.

Hujus multiplex habetur varietas 1. Flore niveo. 2. Flore viridi ſimplici. 3. Flore viridante & albo ſimplici *Park.* 4. Flo. viridi duplici. 5. Flo. multiplici ſeparatim diviſo *Park.* quæ Primula veris Hesketi. 6. Flore duplici, ſeu altero alteri innato. 7. Flore pleno ſeu multiplici omnium Autorum. 8. Floris calycum ſegmentis viridante margine foliaceo fimbriatis.

2. Primula pratenſis inodora lutea *Ger.* veris caulifera pallido flore inodoro aut vix odoro *J. B.* Verbaſculum pratenſe aut ſylvaticum inodorum *C. B.* Paralyſis altera odorata flore pallido polyanthos *Park. parad.* *Great Cowſlips or Oxſlips.* In ſylvis & ad ſepes non admodum infrequens, interdum & in paſcua deſcendit.

P. Renealmo ſignanter dicitur Φλομόσκος σκαδὸς ἀνασκόπῳ ἐρυθροίζων i. e. Verbaſculum umbellatum floribus in omnem partem diffuſis, zonâ rubrâ ad petiolorum baſin cinctum.

3. Primula veris major *Ger.* veris odorata flore luteo ſimplici *J. B.* Verbaſculum pratenſe odoratum *C. B.* Paralyſis vulgaris pratenſis, flore flavo ſimplici odorato *Park. parad.*

Common

Common Paigles or Cowslips. In pascuis frequens Aprili mense floret.

P. Renealmo Φλομίσκος σκιαδίωνος χρυσάνθης μακρόστυλος inscribitur. i. e. Verbasculum umbellatum flore aureo, stylo longo: non tamen solo colore, sed & parvitate florum & odore eorundem à præcedente differt. Non pauciores hujus quàm Primulæ vulgaris varietates habentur in hortis cultæ, de quibus ut & de viribus plantæ consule si placet Hist. nost. p. 1082.

§. Primula veris flore rubro *Ger. Clus.* Paralysis minor flore rubro *Park. parad.* Verbasculum umbellatum Alpinum minus *C. B. Birds-eyn.* In montosis pratis agri Westmorlandici & Eboracensis copiosè locis udis & palustribus provenit. Primulam veris flore rubro, ab ea quæ flore est candido non aliter quam floris colore distinguit Clusius.

Ad Auriculam ursi accedit, cujus & species nobis censetur. Folia subtus incana & veluti farinâ aspersa; flores in umbella hilari purpurâ nitent, umbilico flavo.

Auriculæ ursi notæ sunt folia densiora succulentiora & læviora quàm Primulæ veris, florum calyces breviores, ut tubi florum ferè nudi appareant, foliorum quædam rudimenta in caulis vertice è quibus foliorum pediculi exeunt.

§. Clematis Daphnoides minor *J. B. C. B.* Vinca pervinca *Officinarum*, minor *Ger.* vulgaris *Park. Periwinckle.* Ad sepes & in aggeribus fossarum sed rariùs. Vires v. Hist. nost. p. 1091.

Hujus notæ sunt sarmenta longa, repentia; folia glabra, colore & consistentiâ Hederaceorum. Flores ampli; siliquæ ad singulos flores geminæ, non lanigeræ.

§. Centaurium minus *C. B.* minus vulgare *Park.* minus flore purpureo & albo *J. B.* parvum *Ger. Small purple Centory.* In pascuis siccioribus & sterilioribus frequens Julio mense floret. *Found with a white flower nigh* Cartmall *Medicinal Well* Lancashire, *by Mr.* Lawson.

Notæ sunt flores splendidi purpurei, è tubo oblongo in quinque segmenta acuta expansi, in summis caulibus crebri umbellam mentientes, semina minutissima, amaror insignis.

Cen-

Centaurium paluſtre luteum minimum noſtras. Catal. Plant. Ang. *I found it towards the end of* Cornwall *in rotten marſhy Ground.* Vid. Hiſt. noſt. & Catalog.

§. Centaurium luteum perfoliatum *C. B. J. B.* minus luteum ramoſum *Park.* parvum luteum *Ger. Yellow Centory.* In montoſis & ſiccioribus pratis.

Hujus notæ ſunt folia in caule adverſa in unum coaleſcentia ut in Dipſaco, colore glauco. Flores flavi in octo lacinias totidem folia imitantes diviſi.

§. Verbaſci characteriſticæ ſunt folia in caulibus alterno ordine ſita; flores in thyrſis oblongis conferti, non horizontaliter expanſi, ſed potiùs ſitu ad horizontem perpendiculari; capſulæ bivalves conicæ aut turbinatæ.

1. Verbaſcum mas latifolium luteum *C. B.* vulgare, flore luteo magno, folio maximo *J. B.* Verbaſcum album vulgare, ſive Tapſus barbatus communis *Park.* Tapſus barbatus *Ger. Great white Mullein, High-taper, Cows Lungwort.* Ad agrorum margines & in aggeribus foſſarum, nonnunquam & in muris ac ruderibus.

Folia molli & incana lanugine utrinque hirſuta; Flores in longo thyrſo clavæ figurà conferti.

2. Verbaſcum pulverulentum flore luteo parvo *J. B.* mas foliis anguſtioribus, floribus pallidis *C. B.* folia lata ſunt, ideóque non placet quòd C. Bauhinus anguſtiora vocat. *Hoary Mullein.* Circa mœnia Nordovici urbis, & ad Buriam oppidum. Sponte etiam oritur circa ædes D. *Thomæ Willughby, Baronetti,* Wollertoni propè Notinghamiam.

Omnium nobis cognitarum Verbaſci ſpecierum altiſſima eſt, caule foliis creberrimis obſito, pulvere candicanti (qui faciliè detergitur) unà cum floribus obducti. Flores paliidi & multò minores ſunt quàm præcedentis.

3. Verbaſcum flore albo parvo *J. B.* Lychnites flore albo parvo *C. B.* Verb. Lychnite Matthioli *Ger.* mas foliis longioribus *Park. White-flower'd Mullein.* In agro Cantiano ad vias frequens.

4. Verbaſcum nigrum flore parvo, apicibus purpureis *J. B.* nigr. flore ex luteo purpuraſcente *C. B.* nigrum *Ger. deſcr.* nigrum vulgare *Park. deſcr.* nigrum ſalvifolium luteo flore *Lob. Sage-leaved black Mullein.* In agro Cantabrigienſi pluribus locis, & alibi etiam in Anglia.

Folia

Folia viridia figura ad Salviam accedunt sed longè majora. Stamina purpurantia villosa, caules tenuiores, rariòribus foliis cincti, hanc speciem ab aliis discriminant.

§. Trifolium acetosum vulgare *Park. C. B.* Oxys alba *Ger.* Oxys seu Trifolium acetosum flore albo & purpurascente *J. B.* Acetosella & Lujula seu Alleluia *Offic. Wood-Sorrel.* Opacis & uliginosis plurimùm provenit, in sylvis & ad arborum radices.

Insignibus notis, nimirum foliis in eodem pediculo ternis, flore pentapetaloide, sapore acido, vasculo sem. pentagono, quod per maturitatem levi tactu dissiliens cum impetu semina ejaculatur, ab aliis hujus generis differt. Martio & Aprili floret.

§. Trifolium palustre *J. B. C. B.* paludosum *Ger. Park.* Trifolium fibrinum Tabernamontani & Germanorum. *Marsh-Trefoil, Buck-Beans.* In palustribus & aquosis frequens.

Foliis formâ & magnitudine fabaceorum, tribus in eodem pediculo, floribus in thyrso speciosis, interiùs candidis filamentis crispis pubescentibus, locóque natali ab aliis congeneribus distinguitur.

§. Nummularia à foliorum figura rotunda nummi æmula dicta, flagellis reptatricibus, floribus è foliorum alis exeuntibus, locóque natali in aquosis se manifestat.

1. Nummularia *Ger.* vulgaris *Park.* major lutea *C. B.* Nummularia sive Centimorbia *J. B. Money-wort, or Herb Two-pence.* Juxta scrobes & fluenta aliáque rigua loca.

2. Nummularia minor flore purpurascente *C. B. Ger. emac. Park.* Nummularia rubea *J. B. Purple-flowered Money-wort.*

§. Ros solis dicta herbula foliis setis seu ciliis rubentibus circumquaque fimbriatis, quibus guttulæ velut roris adhærescunt, cauliculis nudis, locóque natali in aquosis & ad aquarum scaturigines ab aliis quibuscunque herbis discriminatur.

1. Ros solis folio rotundo *J. B. C. B. Ger. Park. Rosa-Solis or Sun-dew with round leaves.* In humidis palustribus, non rarò & inter muscos aquaticos.

2. Ros solis folio oblongo *C. B. J. B. Ger.* Ros solis sylvestris longifolius *Park. Long-leaved Rosa-Solis or Sun-dew. Upon* Hinton *Moor near* Cambridg. Hæ species annuæ sunt.

Besides these Tho. Willisell *observed three other sorts,*

3. Rorella rotundifolia perennis. *Perennial round-leaved Sun-dew. Found in* Devonshire.

4. Rorella longifolia perennis. *Perennial long-leaved Sun-dew. In* Yorkshire *between* Doncaster *and* Bautrey.

5. Rorella longifolia maxima. *The greatest long-leaved Sun-dew. Three Miles from* Carlisle *towards* Scotland. De his consule Hist. nost. p. 1100.

§. Millefolium aquaticum dictum Viola aquatica *J. B.* Mil. aq. seu Viola aquat. Caule nudo *C. B.* M. aquat. floridum seu Viola aquat. *Park.* Viola palustris *Ger. Water-Violet.* In aquis residibus, ut & tardiùs fluentibus, vadosis.

Foliis pennatis, aquis plurimùm immersis, caulibus nudis, cum floribus plurimis speciosis Leucoii, monopetalis, in quinque tamen folia ad unguem usque fissis, ut pentapetali videantur, ab aliis aquaticis discernitur.

§. Anagallis aquatica rotundifolia *Ger.* aquat. 3. Lob. folio subrotundo non crenato *Park.* aquat. rotundifolia non crenata *C. B.* Samolus Valerandi *J. B. Round-leaved Water-Pimpernel.* In locis paludosis Junio mense floret.

Foliis subrotundis non crenatis pallidiùs virentibus, floribus parvis albis pentapetalos simulantibus, & loco natali haud difficulter cognoscitur.

§. Pyrola Alsines flore Europæa *C. B. Park.* Herba trientalis *J. B. Winter-green with Chickweed flowers.* Invenit Tho. Willisell ad orientalem extremitatem *Rumbles-mear* prope *Helwick* in Comitatu Eboracensi, loco paludoso inter juncos, inque Northumbria trans murum Pictorum 5. m. p. ultra Hexham oppidum Boream versus; necnon inter Ericas in montosis palustribus non longè ab oppidulo *Harbottle* ad Occidentem.

Foliorum velut umbellâ in summo cauliculo gracili, è quorum medio, exeunt in pedicellis oblongis tenuissimis flosculi pulchelli albi duo trésve, pentapetalos simulantes, ab aliis hujus generis distinguitur.

2. Py-

2. Pyrola Alſines flore Braſiliana *C. B. prod. Found near* Gisburgh *in* Cleveland. *Mr.* Lawſon.

§. Valeriana Græca *Ger. Park.* Græca quorundam, colore cæruleo & albo *J. B.* cærulea *C. B.* Greek *Valerian, called by the vulgar Ladder to Heaven, and* Jacobs *Ladder. Found by Dr.* Liſter *in* Carleton-beck, *in the falling of it into the River* Air: *but more plentifully both with a blue flower and a white about* Malham *Cove, a place ſo remarkable, that it is eſteemed one of the wonders of* Craven. *It grows there in the Wood on the left hand of the Water as you go to the Cove from* Malham *plentifully: and alſo at* Cordil *or the* Whern, *a remarkable Cove, where comes out a great ſtream of water, near the ſaid* Malham.

Foliis longis pinnatis Viciæ in modum, floribus amplis deorſum nutantibus, vaſculis in terna loculamenta diviſis ab aliis hujus generis differt.

§. Glaux exigua maritima *Ger. J. B.* maritima *C. B.* maritima minor *Park. Sea-Milkwort or Black-Saltwort.* In ſalſis paluſtribus mari conterminis ubique.

Folia huic bino ordine in cauliculo ſita, anguſta; flores parvi è foliorum ſinubus.

GENUS VIGESIMUM.

Herbæ radice bulboſa præditæ.

RAdicem bulboſam voco quæ unico conſtat tubere ſeu capite, fibras multas ex ima ſede ſeu baſi emittente, ſive ſquamoſa ſit, tunicata, ſive ſolida.

Hujus generis herbæ plantulam ſeminalem unifoliam ſeu unico cotyledone inſtructam obtinent, folia gramineis proxima ſeu ſine pediculo in longitudinem producta; vaſcula ſeminalia in terna loculamenta, ſex ſeminum ordines continentia, diſpertita; flores plurimùm hexapetalos aut in ſex lacinias ad margines ſectos.

§. Allii caules è ſummo faſtigio plurimos fundunt petiolos floſculos ſuſtinentes in Corymbi aut Umbellæ formam diſpoſitos: Tota planta odore eſt gravi. In pleriſque ſpeciebus capitula proliſera ſunt, ſeu è multis bulbillis, quibus flores intermiſcentur compoſita, unde hujuſmodi plantæ Amphicarpæ dicuntur.

1. Allium ſylveſtre *Park. Ger. emac.* ſylveſtre tenuiſolium *Ad. Lob.* campeſtre junciſolium capitatum purpuraſcens majus *C. B. Crow-Garlick.* Gignitur non rarò in arvis inter ſegetes, quin & in paſcuis locis aridioribus inque muris antiquis.

Foliis fiſtuloſis, capituli folliculo ut in Cepa ſimplici non bicorni, capitulis ipſis è ſolis nucleis compoſitis, nullis intermixtis floſculis, à reliquis Alliis differt.

Segeti innatum tritico pravum odorem & ſaporem communicat, quo deinceps tum panes, tum farina imbuuntur; paſcuis intermixtum vaccarum ea depaſcentium lacti.

2. Allium montanum bicorne purpureum proliferum. *Purple-flowered Mountain-Garlick.* Folia huic neque fiſtuloſa ſunt, neque rotunda, ſed ſupernè plana, ſubtus carinata, porracea, glauca, tria aut quatuor in caule. Capitulum duplici folliculo membranaceo, in acutum mucronem deſinente clauditur, conſtátque nucleis ſeu bulbulis aliquot, è quorum interſtitiis exeunt floſculi purpurei, ut nos monuit D. *Lawſon. This I obſerved on the Scars of the Mountains near* Settle *in* Yorkſhire, *and in* Troutbeck-holm *by Great* Strickland, Weſtmorland. An Allium montanum bicorne latifolium flore dilutè purpuraſcente. *C. B?* certe Plantæ quam Autumno præterito ad me tranſmiſit D. *Lawſon*, folia primulum erumpentia lata & Porraceis proxima erant, non anguſta, ut in planta adulta à me in montibus conſpecta viſa ſunt. Eſt ergo hoc genus Allii diverſum ab eo quod circa Ceſtriam obſervavimus in pratis & aggeribus; de quo inquirendum.

3. Allium ſylveſtre bicorne flore ex herbaceo albicante, cum triplici in ſingulis petalis ſtria atro-purpurea. An Allium ſive Moly montanum tertium *Cluſ?* All. montanum bicorne, flore exalbido *C. B? Wild Garlick with an herbaceous ſtriate flower. In a Corn-field in* Black Notley *in* Eſſex *belonging to the* Hall *called* Weſt-field, *adjoyning to* Leez-Lane, *plentifully.* Hujus deſcriptionem vide in H. n. p. 1119.

4. Allium

4. Allium Holmenſe Sphæriceo capite. Scorodopraſſum primum Cluſii *Ger. emac.* Allium Sphæriceo capite, folio latiore, ſive Scorodopraſum alterum *C. B. Great round-headed Garlick of the* Holms *Iſland.* Hujus deſcriptionem Vide Hiſt. noſt. p. 1125. ſub titulo Allii montani majoris Anglici *Newtoni*, ubi Radix ejus nucleis aliquot majuſculis conſtare falsò aſſeritur; eſt enim ſimplex & tunicata duntaxat Cepæ in modum. In parva quadam inſula *Holms* dicta in Sabrinæ æſtuario copiosè provenientem obſervavit D. *Newton.* Flores in Corymbum Porri æmulum conglobati, colore purpuraſcente.

5. Allium ſylveſtre latifolium *C. B.* urſinum *Ger. Park.* urſinum bifolium vernum ſylvaticum *J. B. Ramſons.* In pratis humidis & ad rivulos frequens oritur & Aprili menſe floret. Foliis latis, caule triquetro, floribus pulchris candidis à reliquis ſui generis differt, ut & odore Allii vehementiore.

6. Allium ſylveſtre amphicarpon, foliis porraceis, floribus & nucleis purpureis. An Allium ſeu Moly montanum primum Cluſii. *Broad-leaved Mountain Garlick with purple flowers.*

Altitudo ei cubitalis aut ſeſquicubitalis: Folia lata carinata ſtriata & plane porracea, caule plurimum terna, quæ infima parte eam ceu vaginâ amplectuntur, & includunt; poſtquam à caule abſceſſerint ſpithamam circiter longa: è radice bina vel terna primo vere exeunt, & caule adulto marceſcunt. Radix parva, ex multis nucleis pelliculâ è purpurâ nigricante veſtitis compoſita, uno reliquis majore, è quo ſequente anno caulis exit, in cujus faſtigio capitulum globoſum, tolliculo ſimplici (non bicorni) incluſum Allii corvini in modum, ſed in roſtrum brevius productum, è nucleis plurimis densè ſtipatis, è purpurâ nigricantibus compoſitum: è quorum interſtitiis eluctantur floſculi obſcure purpurei, hexapetali, non multum ſe aperientes, pediculis te nuibus brevibus inſidentes. Tota planta gravem Allii odorem ſpirat. Junio menſe hâc æſtate 1689. floruit. In montibus Weſtmorlandicis obſervavit D. *Lawſon.* *In* Troutbeck-holm *by Great* Strickland.

7. Allium ſeu Moly montanum primum Cluſii huic accedit; differt quod quinque aut ſex folia cauli appingantur, cùm noſtrum tria tantum habeat; deinde quòd flores longis pediculis inhæreant, & pallide purpuraſcant, cum noſtrum hoc illos breviores (ſemunciales ſc. aut unciales) habeat, hos ſaturatius purpureos.

§. Narcissus à reliquis bulbosis tunicatis certissimâ notâ, calyce in medio flore, distinguitur, ut plures addere non sit opus.

1. Narcissus sylvestris pallidus calyce luteo *C. B.* Pseudo-narcissus Anglicus *Ger.* Anglicus vulgaris *Park.* Bulbocodium vulgatius *J. B. Wild* English *Daffodil.* Circa margines agrorum humido præsertim solo, inque sylvis & dumetis, locisque arboribus consitis Martio ineunte floret.

2. Narcissus medio-luteus vulgaris *Park.* medio-luteus *Ger.* pallidus circulo luteo *C. B.* allidus medio-luteus cum aliquot floribus *J. B. Common pale Daffodil or Primrose peerless.* Floret circa finem Aprilis. Hanc in Anglia nasci à viris fide dignis se intellexisse scribit Clusius. Nos etiam vidimus in agris procul ab aliquo ædificio, sponte tamen provenire non audemus fidenter asseverare.

Prior species unico in uno caule flore, ejúsque tubo longissimo, colore saturatiore aureo quàm petala circumstantia tincto à reliquis distinguitur: posterior calyce brevissimo luteo, foliis circumstantibus amplis albidis.

§. Ornithogali notæ sunt staminula florum lata spicata, quorum tria acuminata, tria bifida seu sinuata sunt, radix lactea, florum petala aversa parte lineis virentibus notata.

1. Ornithogalum angustifolium majus floribus ex albo virescentibus *C. B.* Asphodelus bulbosus *Ger.* bulbosus Galeni, seu Ornithog. majus flore subvirescente *Park. parad.* Asphodelus bulbosus Dodonæi, seu Ornith. spicatum flore virenti *J. B. Spiked Star of* Bethlehem *with a greenish flower.* Tho. Willisellus observavit in colle quodam tribus cis Bristolium milliaribus viâ qua indè Bathoniam itur.

2. Ornithogalum vulgare & verius *J. B.* vulgare *Ger. Park.* umbellatum medium angustifolium *C. B. Common Star of* Bethlehem. In Anglia spontaneum inveniri aiunt, & nos quidem in pomariis ad sepes vidimus copiosum, fortè tamen ibi olim satum.

Flores umbellati intus lactei, exteriùs in medio linea virente notati; folia angusta & velut graminea; caulis humilis palmaris.

3. Ornithogalum luteum *C. B. Park.* luteum seu Cæpe agraria *Ger.* Bulbus sylvestris Fuchsii flore luteo seu Ornithogalum luteum *J. B. Yellow Star of* Bethlehem. In Comitatûs Eboracensis Septentrionali parte propè pontem *Greta*

&

& *Brignal* vicum in ſylvis ad fluvium Teſam obſervavit D. *Johnſon*, unde & bulbulos ad nos tranſmiſit. Omnium Ornithogalorum minimum eſt.

§. Hyacinthus ſpicam florum nudam, ſeu nullo perianthio involutam producit: Florum ſtaminibus tenuibus & anguſtis, petalis puris ſeu unicoloribus ab Ornithogalo differt.

1. Hyacinthus ſtellatus Fuchſii *Ger.* ſtellatus vulgaris, ſive bifolius Fuchſii *Park. parad.* ſtellatus bifolius & trifolius vernus dumetorum, flore cæruleo albo *J. B.* ſtellaris bifolius Germanicus *C. B.* item trifolius *ejuſdem. Small vernal Star-Hyacinth.* In inſulis quibuſdam circa Cambriam copioſè provenit, ut v. g. *Bardſeia*, necnon in clivis maritimis ipſius Cambriæ.

2. Hyacinthus Anglicus *Ger.* Anglicus ſive Belgicus *J. B.* oblongo flore cæruleus major *C. B.* Anglicus, Belgicus vel Hiſpanicus *Park. parad.* Engliſh *Hyacinth or Harebells.* In ſylvis, dumetis & ſepibus paſſim. Maio floret. Variat floris colore albo & carneo.

3. Hyacinthus Autumnalis minor *Ger. Park.* autumnalis minimus *J. B.* ſtellaris autumnalis minor *C. B. The leſſer Autumnal Star-Hyacinth.* Florere incipit antequam ſolia emergunt ſub initium Septembris. In rupe S. Vincentii prope Briſtolium, inque promontorio *The Lezard point* dicto copioſé.

§. Colchicum flore Crocum refert, magnitudine ſua, foliis latis Liliaceis, vaſculis ſeminalibus majoribus ab eodem differt.

Colchicum commune *C. B.* Colchicum Anglicum purpureum & Anglicum album *Park. Ger.* Colchicum *J. B. Meadow-Saffron.* In pratis tam planis, quàm montanis, ſolo pingui, in Occidentalibus ut & Septentrionalibus Angliæ.

§. Croci notæ ſunt flores nudi, erecti, ab ipſa ſtatim radice orti abſque pediculis herbaceis; folia anguſta graminea, linea in medio alba ſecundùm longitudinem decurrente.

Crocus *J. B. Ger.* ſativus *C. B.* verus ſativus Autumnalis *Park. parad. Saffron.* In agro Cantabrigienſi & Eſſexienſi circa *Saffron-Walden* oppidum colitur. Crocus Anglicus reliquis palmam præripit. Pars illa cujus uſus eſt in medi-

cina ſunt ſtamina terna prælonga flammei ruboris, quæ diligenter exſiccant.

§. Bulboſa Alpina juncifolia pericarpio unico erecto in ſummo cauliculo dodrantali. Cùm florem non viderim è quo genere bulborum ſit mihi non conſtat. In cauliculo duo triáve foliola anguſtiora breviáque ſunt. In excelſis rupibus montis *Snowdon* v. g. *Trigwylchau y Clogwyn du ymhen y Gluder*, *Clogwyn yr Ardhu*, *Crîb y Diſtilh*, &c. D. *Lloyd*.

GENUS VIGESIMUM PRIMUM.

Herbis Bulboſis affines:

HOC eſt, quæ cùm plantulam ſeminalem unifoliam habeant, foliis, floribus, pericarpiis aut radicibus Bulboſas imitantur.

§. Iridis notæ ſunt flores enneapetali, folia gladii figuram referentia, acie cauli obverſa.

1. Iris paluſtris lutea *Ger.* paluſtris lutea, ſeu Acorus adulterinus *J. B.* Acorus adulterinus *C. B.* paluſtris, ſive Pſeudo iris & Iris lutea paluſtris *Park. Yellow water Flower-de-luce.* In pratis riguis, locis paluſtribus & ad ripas fluviorum. Folia ſurrecta valdè anguſta & brevia ſunt, tota lutea.

2. Iris ſylveſtris quam Xyrim vocant *Plin.* lib. 21. cap. 20. Xyris *Ger.* Xyris ſeu Spatula fœtida *Park.* Spatula fœtida, pleriſque Xyris *J. B.* Xyris I. ſeu Gladiolus fœtidus *C. B.* *Stinking Gladdon or Gladwyn.* Ad ſepes & in dumetis, ſed rariùs: *where I now live at* Black Notley *it grows in the Hedges by the Road not far from the Parſonage towards* Braintree. Foliorum tritorum fœtido odore cuivis inquirenti ſe prodit, ut de maligno florum colore, quos rariùs producit, nihil dicam.

§. Pſeu-

§. Pseudo-asphodelus foliis Iridis, floribus spicatis Asphodeli æmulis ab aliis hujus generis distinguitur.

1. Pseudo-asphodelus palustris vulgaris nostras. Asphodelus Lancastriæ verus *Ger. emac. descr.* Pseudo-asphodelus 1. *Clus.* palustris Anglicus *C. B.* luteus Acorifolius palustris Anglicus Lobelii *J. B.* Lancashire *Asphodel*, *or Bastard-Asphodel.* In palustribus putridis & aquosis, tam Occidentali quàm Septentrionali Angliæ parte copiosé. Magnitudine sua & floribus stellatis in spica habitiore confertis à sequente differt.

2. Pseudo-asphodelus palustris Scoticus minimus. *The least* Scottish *Asphodel.* Juxta rivulum non procul Bervico in Scotia.

§. Ari notæ genericæ sunt pistillus in medio flore pro stylo nudus, flos monopetalos sedi fructuum cohærens; pro fructu baccæ multæ pulpâ humidâ semina ambiente constantes; radix acerrimo sapore prædita.

Arum *J. B.* vulgare *Ger.* vulgare maculatum & non maculatum *Park.* maculatum maculis candidis vel nigris, & non maculatum *C. B. Wake-Robin*, *Cuckow-Pint.* Ad sepes & in umbrosis primo vere exit ubique feré.

§. Orchides censentur herbæ cunctæ quæ bulbosas binas aut ternas habent radices, semen humanum quodammodo redolentes: *Spigel.* Fibræ supra bulbos exeunt, flores labiati sunt.

1. Orchis barbata fœtida *J. B.* Tragorchis maximus, & Tragorchis mas *Ger.* Tragorchis maxima & Tragorchis vulgaris *Park.* Orchis fœtida I, seu barbata odore hirci, breviore latioréque folio *C. B.* item II, seu odore hirci, longiore angustioréque folio *ejusdem*, has enim non distinguo. *The Lizard-flower or great Goats-stones.* In Cantio viâ quæ à *Crayford* ad *Darford* oppidum ducit invenit D. *Bowle.* Magnitudine & statura eximia præ reliquis Orchidibus, odoreque gravi & viroso, à cæteris distinguitur speciebus.

2. Orchis morio mas foliis maculatis *C. B. Park.* Cynosorchis morio mas *Ger. emac.* Orchis major, tota purpurea, maculoso folio *J. B. The Male Fools-stones.* In pascuis & inter vepres. Floret circa finem Aprilis & initio Maii,

Maii, & vel inde à reliquis dignosci potest, quòd nostratium prima floret. Spica florum longa est, multis floribus constans, non tamen arctè stipatis. Florum color purpureus, rariùs carneus aut albus. Labellum interiùs punctis saturatioribus, sed paucis, notatur.

3. Orchis morio fœmina *Park. C. B.* Cynosorchis morio fœmina *Ger.* Orchis minor purpurea & aliorum colorum cum alis virentibus *J. B. The Female Fools-stones.* In pascuis ubique fere obvia est circa finem Maii florens. Spica florum brevior est quàm præcedentis, & pauciori-bus floribus constat. Florum color purpureus, rariùs carneus aut albus.

Florum alis latis, concavis, & virentibus lineis striatis ab alia quacunque nobis cognita Orchidis specie differt.

4. Orchis Pannonica 4. *Clus.* Orchis parvis floribus, multis punctis notatis, an Clusio Orchis Pannonica 4. *J. B.* Cynosorchis militaris pratensis humilior *C. B.* militaris Pannonica *Park.* minor Pannonica *Ger. emac. Little purple-flowered Orchis.* In collibus siccioribus & sterilioribus, præsertim cretaceis.

Parva est, spicâ confertâ, flosculis purpurascente vel ferruginea extus galeâ tectis, labello albicante crebris punctulis purpureis notato. Recte J. Bauhinus, flores in spicam brevem digesti, antequam explicentur ferrugineum conum æmulantur.

5. Orchis purpurea spica congesta pyramidali. An Orchis Batavica 6. *Clus?* An Orchis parvo flore rubro sive phœniceo *J. B?* Cynosorchis militaris spica rubente conglomerata *Park? Purple late-flowering Orchis.* Mense Junio omnium Orchidum nostratium postrema floret; éstque in pascuis siccioribus & cretaceis frequens.

Florum labella pura sunt, hoc est, nullis punctis notata, calcaria tenuia retrorsum longissimè extensa; in labello utrinque processus in cavernulam flexus auriculam referens.

6. Orchis odorata moschata sive Monorchis *C. B.* pusilla odorata *Park.* parva Autumnalis lutea *J. B. The yellow sweet or musk Orchis.* In pascuis sterilioribus, præsertim cretaceo solo, sed rarius: *as on* Cawsham *Hills by the* Thames *side*; *and in some Pits about* Gogmagog *Hills, also in the Parish where I live, on the greens of a Field belonging to the* Hall *called* Wire-field, *&c.*

Flosculi

Flosculi perpusilli sunt, ex herbido colore in luteum vergentes, labello in tres apiculas diviso: vascula breviora quàm in plerisque Orchidibus.

7. Orchis spiralis alba odorata *J. B.* Triorchis *Ger.* Triorchis alba odorata minor, atque etiam major *C. B. Park. Triple Ladies-traces.* Autumno floret, in pascuis sicciori-bus, arenosis & cretaceis.

Triplici testiculo, & florum in spiram revolutorum pusillorum albórum spica insignis est.

8. Orchis galeâ & alis ferè cinereis *C. B.* Cynosorchis latifolia hiante cucullo minor *C. B.* latifolia minor *Park.* major altera *Ger.* Cynosorchis altera *Dod. de floribus. The Man-Orchis. On* Cawsham *Hills by the* Thames *side, not far from* Reading *in* Barkshire. Floris labellum nudi hominis effigiem refert: ni magnitudo obstaret eandem dicerem cum Orchide zoophora cercopithecum exprimente oreade *Col.*

9. Orchis anthropophora oreades *Col.* anthropophora oreades fœmina *Park.* flore nudi hominis effigiem repræsentans *C. B.* Orchis anthropophora flore ferrugineo nobis in *Catal. Exot. Man-Orchis with a ferrugineous and sometimes a green flower. Found by Mr.* Dale *in an old Gravel-pit at* Dalington *near* Sudbury.

Facie externa Orchidem palmatam flore viridi, nonnullis Batrachiten dictam, refert, verùm major est: Flos calcari caret, labello anthropomorpho aliàs ferrugineo aliàs viridi ut in Batrachite.

10. Orchis myodes galeâ & alis herbidis *J. B.* muscæ corpus referens minor, vel galeâ & alis herbidis *C. B.* myodes minor *Park. The common Fly-Orchis.* In Anglia invenitur, sed sparsim & rariùs. Nos in Cantabrigiensi agro, Suffolcia & Essexia observavimus, viz. in aggere fossæ illius famosæ *the Divels ditch* dictæ, in pratulo quodam ad sylvulam marisco *Teversham Moor* dicto adjacentem in Comitatu Cantabrigiensi, &c. Character flori insculptus nota hujus sufficiens est, ut aliâ non sit opus.

11. Orchis fuciflora galeâ & alis purpurascentibus *J. B.* Sphegodes seu fucum referens *Park.* Orchis sive Testiculus vulpinus 2. Sphegodes *Ger.* Orchis fucum referens major foliolis superioribus candidis & purpurascentibus *C. B. The common Humble-Bee-Satyrion. The Bee-flower*, id est, Orchis Melittias vulgo. In pascuis sicciori-

bus

bus non infrequens, Junio menſe floret. Flos fucum aut apem referens primo ſtatim occurſu ſpeciem hanc manifeſtat.

12. Orchis ſive Teſticulus ſphegodes hirſuto flore *J. B.* fucum referens colore rubiginoſo *J. B.* Sphegodes altera *Park.* Teſticulus vulpinus major ſphegodes *Ger. Humble-Bee-Satyrion*, *with green wings.* Solo ſicco & glareoſo ſed rariùs invenitur, *as in an old Gravel-pit in the open Field near* Great Shelford *in* Cambridgſhire, *and by the Road ſide near* Bartlow.

Fuliginoſus & triſtior corporis inſecti ſeu labelli floris color abſque lineis luteis quibus præcedens decoratur, cum galea & alis virentibus ab ea hanc diſtinguunt. Hanc eſſe exiſtimo quam pro Orchide Arachnite Herbarii noſtri habent.

13. Orchis alba calcari oblongo *J. B.* Serapias biſolia vel triſolia minor *Park.* alba minor calcare oblongo *C. B.* Hermaphroditica *Ger. Butterfly Satyrion.* In dumetis, non rarò & in paſcuis. Ab hac nonniſi magnitudine differre ſuſpicor Orchin pſychodem *Lob.* & *Ger.*

Flores in ſpica rariùs diſpoſiti, albi, odoratiſſimi, labellis anguſtis, calcaribus prælongis; folia bina aut terna lata liliacea.

14. Orchis palmata non maculata *J. B.* palmata major mas, ſive Palma Chriſti mas *Park.* Palma Chriſti mas *Ger.* palmata pratenſis maculata longis calcaribus *C. B. The Male handed Orchis, or Male Satyrion Royal.* In pratis humidis, & paluſtribus putridis. Variat floris colore purpureo ſaturatiore & dilutiore, carneo & interdum albo. Variat etiam magnitudine & ſpicæ longitudine: undè à Botanicis in plures ſpecies diſtractam ſuſpicor.

15. Orchis palmata ſpecioſiore thyrſo, foliis maculatis *J. B.* palmata pratenſis maculata *J. B.* palmata fœmina ſeu Palma Chriſti fœmina, foliis maculatis *Park.* Palma Chriſti fœmina *Ger. The Female handed Orchis, or Female Satyrion Royal.* Spica florum plerunque denſa eſt floribus confertis, interdum rarior. In ſylvis & pratis pinguibus maximo & vel palmum longo thyrſo prodit; in paſcuis ſteriliorbus (nam utrobique oritur) ſpicâ eſt dimidio minore & breviore. Hinc ex una ſpecie plures factas exiſtimo.

Folia in hac ſpecie perpetuò maculata ſunt; in præcedente nunquam; viridiora etiam in hac, in præcedente pallidiora:

lidiora: caules graciliores, nec tam crebris foliis cincti: Folia ex quorum sinubus flores exeunt in præcedente latiora & longiora sunt, colore purpureo. Præcedens maturiùs floret, nimirum Maio mense, hæc seriùs non ante Junium.

16. Orchis palmata rubella cum longis calcaribus rubellis *J. B.* palmata minor calcaribus oblongis *C. B.* cui & eandem suspicatur J. Bauhinus Palmatam angustifoliam minorem *C. B.* Serapias nitente flore *Ger. Red handed Orchis with long spurs.* In pratis & pascuis humidioribus, Junio.

17. Orchis palmata minor flore luteo-viridi. An Orchis palmata flore viridi *C. B. Park?* An Orchis palmata batrachites vel myodes *Lob. Park?* Serapias batrachites altera *Ger. emac. Handed Orchis with a green flower, by some called the Frog-Orchis.* In pascuis siccioribus floret circa finem Maii & Junii initio. Labelli floris color variat, interdum ex fusco purpureus seu fuliginosus, aliàs luteo-viridis.

18. Orchis pusilla alba odorata, radice palmata. *White handed Musk Orchis.* Ad latus montis *Snowdon* in Wallia, secus viam quæ è *Llanberrys* ad *Carnarvan* oppidum ducit.

§. Pseudo-Orchis bifolia palustris. Orchis Lilifolius minor fabuletorum Zelandiæ & Bataviæ *J. B. Lob. Ad.* in Append. p. 506. Chamæorchis lilifolia *C. B.* latifolia Zelandiæ *Park. Dwarf Orchis of* Zealand *and* Holland. In palustribus aquosis, *as on* Hinton *and* Teversham *Moors, near* Cambridg.

Radix huic simplex bulbosa, è squamis compactilis, è cujus fundo seu ima sede fibræ exeunt, non supra bulbum ut in Orchidibus. Descriptionem v. Hist. nost. p. 1226.

§. Orobanche florum figurâ ad Orchidem accedit, foliorum viridium & herbaceorum carentiâ tum ab Orchide, tum ab aliis plantis differt: at nec radicem Orchidis habet.

1. Orobanche seu Rapum genistæ *Ger. Park.* Orobanche flore majore *J. B.* major, garyophyllum olens *C. B. Broomrape.* Genistæ radicibus frequentissimè adnascitur, invenimus tamen inter segetes.

§. Oro-

§. Orobanche affinis Nidus avis *J. B.* Orchis abortiva rufsa, sive Nidus avis *Park.* Satyrion abortivum seu Nidus avis *Ger.* Orchis abortiva fusca *C. B. Mis-shapen Orchis or Birds Nest.* In sylvis & opacis sed rariùs. In Cantio propè Maidston oppidum observavimus; in Suffolcia non longè ab Aldeburgo.

2. Orobanche Verbascuri odore D. *Plot. Hist. nat. Oxon. Birds Nest, smelling like Primrose Roots. At the Roots of Trees in the Woods near* Stoken-Church. Tota planta, cùm florère incipit, colore est pallidè luteo seu stramineo.

3. Orobanche & Nido avis affine Pseudolimodoron Austriacum violaceum *J. B.* Orchis abortiva violacea *C. B.* Nidus Avis purpureus *Park.* Nidus avis flore & caule purpuro-violaceo an Pseudo limodoron Clusii? *Ger. emac. Purple Birds Nest.* In Southamptoniæ Comitatu propè *Alton* oppidum invenit D. *Goodyer.*

§. Orobanche radice dentata major *C. B.* Dentaria major Matthiolo *Ger.* Orobanche radice dentata seu Dentaria major Matthiolo *Park.* Anblatum-Cordi sive Aphyllon *J. B. The greater Tooth-wort.* In umbrosis sepium aggeribus & sub arboribus solo friabili. Tho. Willisell *shewed it me in a shady Lane not far from* Darking *in* Surrey *growing plentifully. I found it also on a Ditch bank at* Bredgate *near* Sittingburn *in* Kent, *and in some of the places which* Gerard *mentions.* Radice denticulata seu squamosa repente à congeneribus differt.

§. Helleborine radice fibrosa, foliisque nervosis ab Orchide, cui quoad flores & vascula seminalia similis est, differt.

1. Helleborine latifolia montana *C. B.* Helleborine *Dod. Ger.* Elleborine Dodonæi *J. B.* Elleborine flore viridante *Park. The most common bastard Hellebore.* In sylvis cæduis, lucis & opacis sæpiùs occurrit. Æstate floret.

Nobis observata flore erat herbaceo; verùm D. Plot & Oxoniensibus Botanicis purpureo etiam saturatiore quàm Helleborines flore atro-rubente dictæ; unde vel insignis est varietas in colore floris, vel hæ duæ sunt distinctæ species. Forte nostra hæc est Damasonium flore herbaceo intus nonnihil candicante; *J. B.* Si modo illud ab Helleborine *Dod.* sit diversum: de quo olim dubitavimus, necdum nobis satisfactum est.

2. Hel-

2. Helleborine altera atro-rubente flore *C. B.* Elleborine flore atro-rubente *Park.* Elleborine botryodes ſive Aliſma racemoſum *J. B. Baſtard Hellebore with a blackiſh flower. On the ſides of the Mountains near* Malham, *four Miles from* Settle *in* Yorkſhire *plentifully, and in divers other places, eſpecially Mountainous.*

A præcedente differt foliis anguſtioribus, in caule crebrioribus, floris colore atro-rubente, & tempore florendi poſt illam.

3. Helleborine flore albo, vel Damaſonium montanum latifolium *C. B. Ger.* Damaſonium Alpinum ſeu Elleborine floribus albis *J. B.* Elleborine minor flore albo *Park. White flowered baſtard Hellebore. In the Woods near* Stoken-Church, Oxfordſhire, *not far from the way leading from* Oxford *to* London: *alſo in Sir* John Lowthers *Wood directly againſt* Askham-Hall, Weſtmorland. *Mr.* Lawſon.

4. Helleborine foliis prælongis anguſtis acutis. Hujus ſpecimen, ſed flore viduum nobis oſtendit D. Newton. *It grew under* Brackenbrow *near* Ingleton *in* Yorkſhire *in the end of a Wood where* Calceolus Mariæ *grows.* An nova ſpecies ſit, an aliquâ ex prædictis nobis non conſtat.

5. Helleborine paluſtris noſtras. *Marſh Hellebore.* An Helleborine anguſtifolia paluſtris *C. B.* Nuſquam apud nos (quod hactenus viderim) quàm in paluſtribus & aquoſis oritur.

Folia anguſtiora ſunt quàm Helleborines primæ; flores penduli, exteriùs purpuraſcentes, interiùs albicantes; radix ſub terra reptat.

6. Helleborine flore rotundo ſeu Calceolus *C. B.* Elleborine major ſeu Calceolus Mariæ *Park.* Calceolus Mariæ *Ad. Ger.* Damaſonii ſpecies quibuſdam ſeu Calceolus D. Mariæ *J. B. Ladies-ſlipper. In ſome Woods in* Lancaſhire, *and in* Helks *Wood by* Ingleborough *in* Yorkſhire.

Floris labellum calopodii figurâ, colore flavo, ſufficit ad hanc à reliquis diſcriminandum.

§. 1. Bifolium majus ſeu Ophris major quibuſdam *J. B.* Bifolium ſylveſtre vulgare *Park.* Ophris bifolia *Ger. C. B. Common Twayblade.* In ſylvis & dumetis, nec rarius in pratis & paſcuis.

Hujus

Hujus notæ ſunt folia bina Plantaginea; flores in ſpica herbacei Orchidum ſimiles, calcaribus carentes, utriculis brevioribus quàm Orchidum inſident.

2. Bifolium minimum *J. B.* Ophris minima *C. B.* *The leaſt Twayblade. I have found it on ſeveral Moors and Heaths in* Derbyſhire, Yorkſhire, *and* Northumberland; *in* Yorkſhire *not far from* Almondbury, *and on* Pendle *Hill in* Lancaſhire *near the Beacon.* Icon J. Bauhini hanc ſpeciem optimè repræſentat. Folia triangula ſunt ſeu cordata.

3. Bifolium paluſtre *Park. Marſh Twayblade. Found by Mr.* Dent *and Mr.* Dale *in Company, on the boggy and fenny Grounds near* Gamlingay *in* Cambridgſhire; *by* Parkinſon *on the low wet Grounds between* Hatfield *and S.* Albans, *and in divers places of* Romney *Marſh.*

A Bifolio vulgari differt parvitate ſua, & quòd interdum etiam trifolium ſit, virore inſuper & glabritie foliorum, florum ſpica multo minore, tandem radicibus reptatricibus.

§ Pyrola Florum ſpica & ſemine pulviſculi inſtar minutiſſimo cum Orchidibus convenit, radicibus fibroſis, foliis ſemper virentibus Pyri figurâ ab eiſdem differt.

1. Pyrola *Ger. J. B.* noſtras vulgaris *Park.* rotundifolia major *C. B.* *Common Winter-green.* In Septentrionalibus Angliæ variis in locis. *We found it near* Halifax *by the way leading to* Kighley. *It grows near* Halifax *plentifully in ſeveral places: and on the Moors South of* Heptenſtal *in the way to* Burnley *in great plenty for near a Miles riding.*

2. Pyrola folio mucronato ſerrato *C. B.* folio ſerrato *J. B.* tenerior *Park.* Secunda tenerior Cluſii *Ger.* *Sharp-pointed Winter-green with ſerrate leaves. This or a ſort very like it was ſhewn me by Mr.* Witham *in* Haſelwood *Woods near Sir* Walter Vavaſors *Park in* Yorkſhire. *The Leaves were leſſer and ſharper-pointed than the common, the Flowers alſo leſſer and ſtanding thicker together.*

GENUS

GENUS VIGESIMUM SECUNDUM.

Herbæ Graminifoliæ flore imperfecto Culmiferæ.

CUlmiferas voco quæ caulem teretem geniculatum & plerunque concavum habent, foliis cinctum ad singula genicula singulis, longis, angustis acuminatis, quarum etiam semina glumis acerosis septa sunt.

Culmiferæ autem sunt vel grano majore, vel grano minore.

Culmiferæ grano majore Frumentacea & Cerealia dictæ.

§. Triticum grano est majore, oblongo, nudo h. e. glumis non arctè adhærentibus, sed triturando facilè abscedentibus tecto, turgido, lucido & flavescente, ab uno latere sulcato, farina candidiore & leviore, nutrimenti optimi.

1. Triticum spicâ muticâ *Ger. Park.* hybernum aristis carens *C. B.* vulgare, glumas triturando deponens *J. B. White or red Wheat without Awns.* Duplex est.

(1.) Triticum spica & granis rubentibus. Tritici hyberni aristis carentis genus primum, πύρος Veteribus, Robus Columellæ *C. B. Red Wheat, and in some places* Kentish *Wheat.* Hoc genus ponderosius est, & farinâ, cùm furfures excussi sunt, candidiore.

(2.) Triticum spicâ & granis albis. Triticum siligineum *C. B. in Theatr.* Græcorum & Galeni σιλίγνις, Hippocrati τρύγις *ejusd. White Wheat.* Huic granum mollius, levius, extrinsecùs nitidum, medulla leviore & candida. His adde

(3.) Triticum spicâ multiplici, caule farcto. *Observ'd by Dr.* Moulin *in* Essex *and other places.*

Utrumque hoc genus spicam aristatam interdum producit. Habetur etiam triticum rubrum spicâ albâ, aristatâ & non aristatâ, quod spurium & ambiguum quoddam genus est inter album & rubrum.

2. Triticum aristis circumvallatum, granis & spica rubentibus, glumis lævibus & splendentibus. An Triticum aristis circumvallatum *Ger.? Red-eared bearded Wheat.* Hæc

ſpecies ariſtas per maturitatem ſponte non deponit.

3. Triticum ariſtatum, ſpicâ maximâ cinericeâ glumis hirſutis. *Gray Wheat, and in ſome places Duckbill Wheat, and gray Pollard.* Tritico ſpicâ muticâ majus eſt & elatius, ſpica majore habitiore, pondere ſuo deorſum nutante, ariſtis longis circumvallata, quas non rarò ante maturitatem amittit, glumis cinereis hirſutis.

De viribus & uſu Tritici vide Hiſt. noſt. p. 1239.

§. Secale à Tritico differt culmo elatiore, grano ſtrigoſiore, tenuiore & nigriore, glumis non operto, ſed magna ex parte nudo, farina nigriore, humidiore, lenta & obſtruente.

Secale *Ger. J. B.* vulgatius *Park.* hybernum vel majus *C. B. Rie.* Arenoſo & levi ſolo gaudet. Menſe integro ante Triticum in ſpicam abit.

§. Hordeum à reliquis culmiferis frumentaceis ſpicatis grano cortice craſſiore undique arctè adhærente tecto differt, nullis præterea glumis; ab Oryza ſpica ſimplici compactiore, locóque natali.

1. Hordeum diſtichum *Ger. J. B. Park.* diſtichum quòd ſpica binos ordines habeat Plinio *C. B. Common long-eared Barley.*

2. Hordeum diſtichum, ſpica breviore & latiore, granis confertis. An Hord. diſtichum minus *Park?* Hord. dictum Germanis Oryza *J. B?* Zeocrithon ſeu Oryza Germanica *C. B? Sprat-Barley or Battledoor-Barley.*

3. Hordeum polyſtichum *J. B.* &, ut mihi videtur, hexaſtichum pulchrum *ejuſdem.* polyſtichum hybernum *C. B.* fortè etiam vernum *ejuſdem.* Polyſtichum vel hybernum *Park. Winter or ſquare Barley or Bear Barley,* & in montoſis Septentrionalibus (ubi vulgo ſeritur) *Big.* Priores duæ ſpecies hyemem non ferunt, ideóque feruntur vere; hæc frigus non reformidat, ideóque Septentrionalibus regionibus convenit. De viribus & uſibus Hordei vid. Hiſt. noſt. p. 1245.

§. Avena paniculâ ſparsâ, ſemine anguſto oblongo, nunc nudo, nunc glumâ craſſiore tecto in locuſtis bifidis à reliquis frumentaceis diſtinguitur.

1. Avena alba *J. B.* vulgaris, ſeu alba *C. B.* veſca *Lob. Ger. Park. White Oats.*

2. Avena

2. Avena nigra *J. B. C. B. Black Oats.*

3. Avena nuda *J. B. C. B. Ger. Park. Naked Oats.* In extrema Cornubia propè Belerium promontorium copiosè seritur, ubi non minore pretio divenditur quàm Triticum ipsum, *Pillis* & *Pilcorn* incolis dicta. Vires & usus Avenæ vid. Hist. nost. p. 1254. Aliæ etiam Avenæ varietates in Anglia seruntur.

4. Ægilops quibusdam aristis recurvis seu Avena pilosa *J. B.* Festuca utriculis lanugine flavescentibus *C. B.* Ægilops bromoides *Ger. emac.* Bromoides Belgarum *Park. Bearded wild Oats or Haver.* Inter segetes. Avenâ sativâ elatior est: Aristæ recurvæ & utriculi lanuginosi sunt.

Culmiferæ grano minore Gramina dictæ, & primò Gramina spicata.

§. 1. Gramen spicâ triticeâ repens vulgare, caninum dictum, repens, Officinarum fortè, spicæ Triticeæ aliquatenus simile *J. B.* An Gr. caninum *Ger?* caninum vulgatius *Park?* caninum arvense seu Gramen Dioscoridis *C. B? Common Dogs grass, or Quich-grass, or Couch-grass.* Hortorum & agrorum ob importunam reptandi licentiam pestis est.

Hujus varietatem cum spica aristata observavimus circa *Settle* & alibi in agro Eboracensi.

2. Gramen caninum maritimum spicâ triticeâ nostras. An Gr. caninum maritimum spicatum *C. B?* caninum geniculatum maritimum spicatum *Park?* An Gr. caninum spica triticea latiore compacta *C. B? Sea-Dogs-grass with a wheat-ear.* In maritimis frequens.

Tota planta glauca est, altitudine Triticum æquat, vel etiam superat; spica Triticeæ similis & æquè longa, verùm strigosior minúsque compacta; radicibus etiam reptat.

3. Gramen caninum maritimum spicâ foliaceâ *C. B.* caninum maritimum alterum *Ger.* can. marit. alterum longiùs radicatum *Park. Long-rooted Sea-Dogs grass, with a foliaceous ear. Found by Mr.* Dale *on the shore in* Mersey-Island *near* Colchester *in* Essex. Hæc species spicam Triticeam non habet, verùm quia Graminibus caninis accenseri solet iis subjungendam duximus. Graminis canini vires vide Hist. nost. p. 1256.

§. Gramen Secalinum nobis dicitur Hordeum ſpurium Herbariorum, cùm ejus ſpica Secalis non Hordei ſpicam referat.

1. Gramen Secalinum & Secale ſylveſtre *Johnſoni apud Ger.* Hordeum ſpurium vulgare *Park.* Gramen hordeaceum minus & vulgare *C. B.* an Herba phœnicea Græcorum Plinio lib. 22. cap. 25. Hordeum murinum *J. B. Wild Rie or Rie-graſs, Wall-Barley, Way-Bennet.* Ad muros, macerias & ſemitas.

2. Gramen Secalinum *Ger. emac.* lib. 1. cap. 22. n. 4. Secalinum majus an minus *Park?* An Gr. ſpicâ Secalina *C. B? Meadow tall Rie-graſs.* In pratis frequens.

A præcedente proceritate ſua, & ſpicarum ariſtarúmque brevitate præcipuè differt.

3. Gramen Secalinum paluſtre & maritimum *Marſh Rie-graſs.* A prima ſpecie differt ſpicis brevioribus & pyramidalibus, è ſquamis crebrioribus & magis confertis compactis, iiſdem & ariſtis magis extantibus, imis longioribus, ſuperioribus ordine brevioribus.

§. Gramina Spartea dicta ſpicam etiam habent Secalinæ nonnihil ſimilem.

1. Gramen ſparteum ſpicatum foliis mucronatis, vel ſpicâ Secalinâ *C. B.* Spartum ſpicatum pungens Oceanicum *J. B.* marinum noſtras *Park.* Anglicanum *Ger. Engliſh Sea-Mat-weed or Marram.* In arenoſis tumulis & aggeribus ad maris litus copioſiſſimé.

2. Gramen ſparteum juncifolium *C. B.* Spartum parvum Lobelio *J. B.* Spartum noſtras parvum Lobelio *Ger. emac.* Spartum parvum Batavicum & Anglicum *Park. Small Mat-weed.* In paluſtribus & ericetis.

Folia huic tenuia juncea, caulis palmaris, ſumma parte reflexus, & pro ſpica duplicem ſeriem glumarum aceroſarum ſuſtinens.

§. 1. Gramen paniceum ſpica ſimplici lævi. An Gr. paniceum ſpica ſimplici *C. B. Ger. emac.?* Panicum ſylveſtre ſpica ſimplici *Park? Panick-graſs with a ſingle ſmooth ear.* In arvis ſed rariùs. Nulla in hac ſpecie in ariſtis aut glumis aſperitas ſentitur. Qui Panicum ſativum nôrit hoc facile noverit.

2. Gra-

2. Gramen Paniceum ſpicâ divisâ *C. B.* Graminis genus quibuſdam, Gallis Dens canis ſecundus, ſive Panicum ſylveſtre ſpicâ divulsâ *J. B.* Panicum vulgare *Ger.* ſylveſtre Herbariorum *Park. Panick-graſs with a divided Spike.* Aquoſis delectatur, verùm in Anglia rariùs invenitur. Tho. Williſell *found it in Mr.* Bleſſet's *Garden between* Deptford *and* Greenwich. Variat ſpicâ nudâ & ariſtatâ.

3. Gramen Paniceum ſpicâ aſperâ *C. B. Rough-eared Panick-graſs.* Spicæ laxæ ſunt, aſperæ, ſeu lappaceæ & veſtibus adhærentes. In agro quodam inter Rapas, ultra Putneiam vicum, ad ſemitam quæ indè *Rough-hampton* ducit. *Alſo beyond the Neat-houſes by the* Thames-ſide *going from the Horſe-Ferry above* Weſtminſter *to* Chelſey: *obſerved by Mr.* Newton.

§. Gramen Avenaceum dumetorum ſpicatum. An Feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis *J. B. C. B? Spiked Hedge-Oat-graſs.* In ſepibus & dumetis frequentiſſimum. Folia huic lata ſunt, pallidè viridia, ſtriata, piloſa, tractantibus aſpera, aridiuſcula. Spica ſtrigoſa, è partialibus anguſtis ſquamoſis, Avenarum ſimilibus, ſpicis compoſita. Seriùs floret.

§. Lolium ſpica ſtrigoſa compreſſa, granis cum glumis utrinque ad ſcapum in eodem plano ſitis à reliquis Graminum generibus diſtinguitur.

1. Lolium album *Ger. Park.* gramineum ſpicatum, caput tentans *J. B.* Gramen Loliaceum ſpica longiore *C. B. Darnel, Ivray* Gallis, quoniam inebriat, *Ray.* Inter ſegetes, præſertim Triticeas, nimis frequens. Magnitudine omnium partium reliquis ſui generis excellit, & familiam ducit.

2. Gramen loliaceum anguſtiore folio & ſpica *C. B.* Lolium rubrum *Ger.* Lolium rubrum ſive Phœnix *Park.* Phœnix Lolio ſimilis *J. B. Red Darnel-graſs.* Ad vias & ſemitas, inque paſcuis pinguioribus. Locis nonnullis pro jumentorum pabulo ſeritur: eſt enim pingue & ponderoſum adeóque jumentis ſaginandis aptiſſimum.

Duplicem hujus varietatem obſervavimus, alteram ſpicis partialibus totalem componentibus anguſtioribus, teretioribus, nec adeò compreſſis, longioribus etiam quàm in vulgari, inferioribus non ſeſſilibus in ala cujuſdam folioli ut in illo, ſed longis pediculis inſidentibus; alteram cui omnia contraria

3. Gramen parvum marinum ſpicâ Loliaceo *Ger. emac.* l. 1. cap. 22. n. 8. An Gr. Loliaceum minus ſpica ſimplici *C. B?* An Phœnix aceroſa aculeata *Park? Dwarf Sea-Darnel-graſs.* Ad maris litus, & in paluſtribus maritimis frequens. Cauliculi huic ramoſi; ſpica teres, nec ipſo caule craſſior, ut niſi cùm floret ægrè diſtingui poſſit.

4. Gramen pumilum Loliaceo ſimile. *Dwarf Darnel-graſs. Found by Mr.* Newton *at* Bare *about a mile from* Lancaſter; *as alſo nigh the* Salt-Pans *about a mile from* Whitehaven, Cumberland; *and at* Bright Helmſton *in* Suſſex, *and elſewhere on the Sea-coaſts.*

§. Gramen Alopecuroides à ſpica molli caudam vulpinam referente nomen accepit.

1. Gramen Alopecuro ſimile glabrum cum pilis longiuſculis in ſpica, Onocordon mihi denominatum *J. B.* Alopecuroides majus *Ger.* Phalaroides majus *Park.* Phalaroides majus, ſive Italicum *C. B.* fortè etiam Phalaroides ſpica molli ſive Germanicum *C. B. Park. The moſt common Fox-tail graſs.* In paſcuis frequentiſſimum, Aprilis fine aut ineunte Maio floret.

Folia glauco polline obducta, glabra; ſpica mollis cinericea, glumæ ſingulæ ariſtâ molli longiuſculâ donantur; altitudo ſeſquicubitalis aut bicubitalis.

2. Gramen aquaticum geniculatum ſpicatum *C. B.* fluviatile ſpicatum *Ger.* aquaticum ſpicatum *Park. Spiked Flote-graſs.* In aquoſis frequens.

Spica perſimilis eſt præcedentis ſpicæ ſed gracilior & brevior; caules infirmi procumbentes, & è geniculis radices agentes.

3. Gramen Alopecurinum minus *Ger.* Alopecuroides ſpica longa majus & minus *Park.* typhoides ſpica anguſtiore *C. B.* cum cauda muris purpuraſcente *J. B. The leſſer baſtard Fox-tail-graſs.* Inter ſegetes.

Spica huic gracilis, longa, teres, purpuraſcens, brevibus ariſtis.

4. Gramen pumilum hirſutum ſpica purpuro-argentea molli. *Dwarf Fox-tail graſs with a purpliſh ſilver-coloured ſpike. Found by Mr.* Dale. In montoſis & campeſtribus ſed rarius. Spica ſeſcuncialis, è purpura argentea, mollis & laxior, ariſtis carens.

5. Alo-

5. Alopecuros maxima Anglica *Park.* altera maxima Anglica paludosa *Ger. emac.* altera maxima Anglica paludosa, seu Gramen Alopecuroides maximum *J. B. Lob. Adv. part. alt. Great* English *Marsh Foxtail-grass.* In riguis herbidis Comitatûs Southamptoniæ proximè Salinas & antiquas ædes *Drayton* vocatas, cis mare, duobus mill. Anglicis à *Portsmouth* ex adverso Vectis insulæ plurima; itémque in udis fossis lacustribus Essexiensis comitatûs juxta Thamesis amœnissima fluenta. *Lob. ibid.*

§. Gramen typhinum ab Alopecuroide differt, spicis asperioribus, squamulis spicas componentibus bicornibus.

1. Gramen typhinum majus seu primum *Ger. emac.* medium seu vulgatissimum *Park.* cum cauda muris majoris longa majus *J. B.* typhoides asperum primum *C. B.* ex sententia fratris *J. B. The greatest Cats-tail-grass.* In pascuis ad semitas & sepes.

2. Gramen typhinum minus *Ger. Park.* Gramen cum cauda muris minus *J. B.* typhoides asperum alterum *C. B. The lesser Cats-tail-grass.* Cum priore, à quo statura minore & spica angustiore brevioréque differt.

3. Gramen typhinum maritimum minus. An Gramen typhinum Danicum minus *Park? Sea Cats-tail-grass.* In sabulosis maritimis frequentissimum est. Spica uncialis, turgidula, ima plerunque parte angustior est.

§. Gramen spicatum montanum asperum. *Spiked Mountain rough-grass.* E rupium fissuris in monte Ingleborough exit densis cespitibus. Folia ei longa, modicè lata carinata, marginibus asperis, si deorsum digiti ducantur. Caulis tenuis cubitalis, spicam in cacumine gerens brevem: semina longa nigra.

§. Gramen vernum spica brevi laxa, an Gramen anthoxanthon spicatum *J. B.?* spicatum pratense III, seu spica flavescente *C. B.? Vernal grass with a loose yellowish spike.* Floret vere inter prima sui generis, & in pratis & pascuis ubique frequens est, glumæ rariores à spica brevi nonnihil extant, & in acutos apices exeunt, aristis carentes. Apiculi florei purpurascentes utrinque bifidi sunt.

§. Gramen criſtatum *J. B.* criſtatum Anglicum *Park.* criſtatum Bauhini *Ger. emac.* p. 29. pratenſe criſtatum ſeu Gramen ſpica criſtata læve *C. B. ſmooth creſted Graſs.* In pratis & paſcuis ubique circa ſolſtitium æſtivum floret.

Calami tenues ſunt, pedales aut cubitales; ſpica ſeſcuncialis aut major, gracilis, è glumarum duobus verſibus in unam partem vergentibus compoſita.

§. 1. Gramen ſpica gracili, ariſtis brevibus recurvis. *Graſs with a ſlender ſpike, and ſhort crooked awns.* D. Dale. In viis publicis locis udis provenit, nec ante Autumnum aut æſtatis finem ſpicam producit.

2 Gramen Avenaceum montanum ſpica ſimplici, ariſtis recurvis. *Found by Mr.* Dale *upon* Bartlow *Hills in* Eſſex *on the edge of* Cambridgſhire; *and between* Newmarket *and* Exning *in the borders of the Corn-fields.* Spica raris glumis alternatim ſitis compoſita.

§. Gramen montanum ſpicâ foliaceâ gramineâ *P. B. Graſs upon graſs.* In ſummis altiſſimorum Cambriæ montium, *Snowdon*, *Caderidris*, &c. verticibus, inter ſaxa, ubi nulla ferè alia planta præter muſcum provenit, copioſé. Gramini arvenſi paniculâ criſpâ *C. B. Park.* perſimile eſt.

§. Gramen minimum ſpica brevi habitiore, noſtrum. Spica perbrevis eſt & habitior, è locuſtellis laxiùs ſitis, glumis caneſcentibus, breviſſimis ariſtis donatis, compoſita.

§ Gramen Dactylon appellatur hoc genus, quòd panicula in quaternas, quinas, ſenas, aut plures partes diviſa quaſi digitos manus expanſos referat.

1. Gramen repens cum panicula graminis Mannæ *J. B.* dactyloides radice repente *Ger.* canarium Iſchæmi paniculis *Park.* dactylon folio arundinaceo majus *C. B.* quod nomen huic noſtro, utpote minori & ſupino minime convenit. *Creeping Cocksfoot-graſs. Found by Mr.* Newton *on the ſandy ſhores between* Penſans *and* Marketjeu *in* Cornwal *plentifully.*

2. Gramen dactylon latiore folio *C. B.* Graminis genus Dens caninus 3. vel Gramen primum, ſive Galli crus

J. B.

J. B. Ischæmon sylvestre latiore folio *Park. Cocksfoot-grass. In Justice* Eves *his Pastures at great* Witchingham *seven Miles from* Norwich *towards* Lynne; *also plentifully in the plowed Fields about* Elden *in* Suffolk. T. Willisell.

Gramina paniculata.

§. Gramen tremulum dicitur, quia spicæ ejus ex quibus panicula componitur pulcherrimæ squamosæ è filamentis tenuibus dependent, ut vel levissimo flatu agitatæ tremiscant.

Gramen tremulum *J. B.* tremulum majus *C. B.* Phalaris pratensis *Ger.* Gramen tremulum seu Phalaris media Anglica prima an secunda *Park. Quaking-grass, Cow-quakes, and in some places Ladies-hair.* In pascuis frequentissimum. Maio mense paniculam explicat, unde nonnulli Adagium illud Anglicum, May *come she early come she late makes the Cow quake*, de hoc gramine interpretantur, hoc est, Maius citiusne an seriùs advenerit, non vaccam facit tremulam, sed Gramen tremulum *Cow-quakes* dictum producit.

* Nobilis Domina *Henrici Vernon* militis soror, ut ab amicissimo viro D. *Richardo Crosse* habeo.

§. Arundo planta est inter culmiferas maxima, paniculâ lanuginosâ, aquosis gaudens.

1. Arundo vallatoria *Lob. Ger.* vulgaris palustris *J. B.* vulgaris sive phragmites Dioscoridis, κάλαμος χαρακίας Theophrasti *C. B.* Harundo vulgaris sive vallatoria *Park. Common Reed.* In aquis resedibus ad fluviorum ripas, &c.

2. Gramen arundinaceum paniculâ spadiceâ molli majus *C. B.* spicâ candida & serici modo lucens *J. B.* Gramen tomentosum arundinaceum *Ger.* Calamogrostis sive Gramen tomentosum *Park. Reed-grass or Bush-grass with a pappose panicle.* Locis senticosis sylvarum quarundam Flandriæ & Angliæ collegit Lobelius: simile si non idem & nos invenimus in dumetis quibusdam agri Northamptoniensis & Essexiensis, locis udis.

Ad basin seminis lanugo papposa nascitur.

Gramina

Gramina paniculata aquatica.

1. Gramen aquaticum majus *Ger. emac.* majus aquaticum Lobelii *J. B.* paniculatum aquaticum latifolium *C. B.* item Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum *ejuſdem. Great Water-Reed-graſs.* Ad aquas & rivos copioſe, ob altitudinem & culmi magnitudinem Arundinis æmulam non immerito à nonnullis Gramen arundinaceum vocatur, quamvis panicula ejus lanuginoſa non ſit, ſed ex locuſtis ſquamoſis compoſita.

2. Gramen Arundinaceum aquaticum paniculâ avenaceâ. *Water-Reed-graſs with an Oatlike-panicle. Found by Mr.* Doody *on the Banks of the River* Thames, *between* London *and* Chelſey. Ad tricubitalem altitudinem aſſurgit culmo gracili Arundineo, geniculato, longis internodiis in cacumine longam, non multùm ſparſam, ſubinde purpuraſcentem & ſpicis ſquamoſis muticis compoſitam paniculam geſtans. Folia anguſtiora quàm pro magnitudine plantæ, longiſſima. Spicæ illæ, ſeu locuſtas mavis dicere, ex quibus panicula componitur minores ſunt quàm in præcedente.

3. Gramen Arundinaceum acerosâ glumâ noſtras *Park. Great Reed-graſs with chaffy heads.* Ad fluviorum ripas paſſim.

Spica graminis aſperi, non multùm ſparſa, plerunque purpuraſcens interdum albicans. Caulis Arundinaceus humanam altitudinem ſuperans. folia etiam Arundinacea, glauca.

4. Gramen aquaticum cum longiſſima panicula *J. B.* Fluviatile *Ger. emac. Park.* aquaticum fluitans multiplici ſpica *C. B. Flote-graſs.* In rivulis & foſſis aquoſis.

Panicula cubitalis, & multiplicibus ſpicis ſquamoſis teretibus compoſita, glumarum ſingularum marginibus cinereis ſeu argenteis.

5. Gramen paniculatum aquaticum minus. Gramen miliaceum fluitans ſuavis ſaporis D. *Merrett.* An Gramen caninum ſupinum paniculatum dulce *C. B. J. B? The leſſer Water-graſs with fine panicles.* In aquoſis ſeu potiùs ipſis aquis. Locuſtellæ minores ſunt magiſque ſparſæ quàm Gramini pratenſi, & plerunque ſpadiceæ. Gramen dulce Lobelii agris Londinenſibus udis gaudet.

§ Gra-

§. Gramen miliaceum *Lob. Ger. J. B.* ſylvaticum paniculâ miliaceâ ſparsâ *C. B.* Gramen miliaceum vulgare *Park. Millet-graſs.* In ſylvoſis ad latera collium.

Culmus ei gracilis, tricubitalis; panicula ſparſa è locuſtellis plurimis minimè ſquamoſis compoſita. Semina longiuſcula, è viridi albicantia, lucida, Miliaceis minora.

Gramen paniculatum pratenſe & arvenſe.

1. Gramen ſegetum paniculâ ſpeciosâ *Park.* ſegetum altiſſimum paniculâ ſparsâ *C. B.* Gramen capillatum *J. B.* ſegetale *Ger. Fair panicled Corn-graſs or Bent-graſs.* Inter ſegetes locis humidioribus, nec rarò in ſylvis & paſcuis, locis aquoſis.

Juba pedalis in ſummo caule, Locuſtellæ paniculas componentes perexiguæ ſunt, longiuſculæ, ſerici inſtar ſplendentes, ex albo purpurantes.

Graminis ſpeciem huic ſimilem, ſed multò minorem caule ſubduplo, pulchrè rubente, oſtendit nobis D. *Lawſon*, à ſe in foreſta de *Whinfield*, *Clibburnfield*, & *Great Strickland-field* in Weſtmorlandia inventam.

2. Gramen Avenaceum pratenſe elatius, panicula flaveſcente, locuſtis parvis. *Meadow-graſs with a yellowiſh panicle.* In pratis & paſcuis frequens.

Culmi ſeſquipedales graciles; folia anguſta utrinque hirſuta, panicula ſparſa, pallidè viridis, è locuſtellis parvis biſurcis, & binis brevibus ariſtis donatis, compoſita.

3. Gramen agrorum Lobelii *J. B.* agrorum venti ſpicâ *Park.* Arundinaceum *Ger.* ſegetum paniculâ Arundinaceâ *C. B.* *Corn-Reed-graſs, or Bent.* Inter ſegetes, ſed rariùs.

Magnitudine ferè æqualis eſt ſegetum Gramini, Juba miliacea in unum plerunque latus à ventis agitata.

4. Gramen pratenſe minus ſeu vulgatiſſimum. An Gramen paniculatum minus album & rubrum *J. B?* pratenſe paniculatum minus *C. B?* prat. minimum album & rubrum *Park? The moſt common Meadow-graſs.* Ubique in paſcuis ad ſemitas & agrorum limites. Vere in culmum abit & paniculam explicat, ſparſam non tamen propendentem, glumis versùs unum præcipuè latus vergentibus cujus portiunculæ ſeu paniculæ ſingulares è duplici glumarum ſquamatim incumbentium non ariſtatarum verſu compoſitæ non mul-

multùm diſſimiles ſunt paniculis Graminis tremuli minoris.

Culmus ſemipedalis aut non multùm altior, ad terram paululùm reclinatus: Folia hilarè viridia, glabra, tenera & ſucculenta, gratiſſimum jumentis pabulum. Si gramen à gradiendo ſeu progrediendo dictum ſit, quòd fibras creberrimas agens & nova germina aggenerans mirificè ſe diffundat & propagat, non alia ſpecies hoc nomen magis meretur.

5. Gramen pratenſe paniculatum majus *C. B.* pratenſe *Ger.* pratenſe vulgatius *Park. The greater Meadow-graſs.* In paſcuis.

Culmi pedales aut ſeſquipedales, panicula ſparſa, ſeu in omnem partem extenſa: ſpicæ ſeu locuſtæ paniculas componentes minimæ, breviores quàm in præcedente, ſquamoſæ tamen.

6. Gramen pratenſe paniculatum molle *C.B. Park.* lanatum Dalechampii *Lugd. J. B.* Gramen 6. cap. 22. lib. 1. *Ger. emac. Soft-tufted Meadow-graſs.* In paſcuis frequens.

Culmo eſt pedali aut altiore, quatuor plerunque geniculis intercepto, & totidem foliis cinereis veſtito.

7. Gramen caninum paniculatum molle. *Soft-tufted Dogs-graſs.* In arvis inter ſegetes Junio menſe paniculam promit; ſub terra reptans Graminis canini vulgaris modo infinitùm ſe propagat. Præcedente cui perſimile majus eſt & elatius; glumæ huic majores multò quam illi, & in breves ariſtas terminatæ.

8. Gramen pratenſe panicula duriore, laxa, unam præcipuè partem ſpectante. *Meadow-graſs with harder ſparſed panicles.* In paſcuis frequentiſſimum, ſub finem Maii paniculam promit.

Folia anguſtiſſima & ferè capillacea, cùm in ſepibus & frutetis oritur longiſſima, [pedalia aut cubitalia:] Paniculæ laxæ, unam partem ſpectantes, è ſpicis oblongis ſquamoſis, ſquamis in ariſtas breviſſimas deſinentibus, compoſitæ.

9 Gramen paniculatum elatius, ſpicis longis, muticis ſquamoſis. *Paniculate Meadow-graſs with oblong ſpikes without awns.* In paſcuis locis humidioribus.

Præcedenti ſimile eſt, ſed majus & elatius, ſpicæ ex quibus conflatur longiores, ſquamis non ariſtatis, circa margines cineraſcentibus ſeu incanis, cætera purpuraſcentibus, compoſitæ. Panicula unum latus ſpectat.

10. Gra-

10. Gramen pratenſe panicula fere Arundinacea *J. B.* An Gramen montanum panicula ſpadicea delicatiore *C. B?* *Meadow-graſs with a Reed-like panicle.* In paſcuis ubique Junii initio paniculam promit.

Panicula purpurea cùm primò egreditur minus ſparſa, ſummitate inflexa Arundinaceam æmulatur: cùm explicatur non ampliùs nutat ſed erigitur, & in omnem partem diffunditur numeroſiſſimis & creberrimis locuſtellis non ſquamoſis, ſed duobus tantùm glumis compoſitis conſtans.

11. Gramen paniculatim locuſtis parvis purpuro-argenteis annuum. *Small annual fair-panicled-graſs.* In ſterilioribus.

Fibræ radicis albæ; folia capillacea; caulis pedalis aut brevior, gracilis; panicula ſparſa purpuro-argentea, locuſtis parvis, bina ſemina, totidem ariſtis exiguis & brevibus armata continentibus. Summi culmi & locuſtarum pediculi per maturitatem purpuraſcunt. Evulſu facile eſt hoc genus & annuum.

12. Gramen murorum ſpica longiſſimâ *Ger. emac.* ſpica nutante longiſſima *Park.* p. 1162. *Capons-tail-graſs*, i. e. Gramen Ἀλεκτρυόνυρος. In muris, & locis agrorum ſterilioribus & ſiccioribus.

Panicula ſpicam ſimulans, ſeſquipalmaris aut ſemipedalis, anguſta & ſtrigoſa, nutans, è ſpicis prætenuibus ſquamoſis, glumis in oblongas, tenues purpuraſcentes ariſtas deſinentibus, compoſita. Annuum eſt.

13. Gramen paniculatum bromoides minus paniculis ariſtatis unam partem ſpectantibus. *Small panicled Oat-graſs with awns.*

A præcedente, quocum in multis convenit, differt paniculâ breviore latioréque, locuſtis ſquamoſis eam componentibus multò majoribus & latioribus, caule pluribus geniculis [tribus aut quatuor] intercepto. Iiſdem cum præcedente in locis.

14. Gramen exile duriuſculum in muris & aridis proveniens. Minus duriuſculum *Ger.* Minimum Monſpelienſe *J. B.* quod Monſpelii Gramen exile durius appellari ſcribit. Gramen pratenſe panicula multiplici *C. B. Park.* *Small hard graſs.*

Paniculæ è ſpicis anguſtis oblongis ſquamoſis compoſitæ, in metam faſtigiantur, & verſus unum duntaxat latus flectuntur.

15. Gra-

15. Gramen exile duriusculum maritimum. *Small Sea hard-grass.* In arenosis maris litoribus. Præcedenti persimilis, sed pulchrior, major & elatior est multo. Descriptionem vide Hist. nost. p. 1287.

16. Gramen asperum *J. B.* spicatum folio aspero *C. B.* pratense spica multiplici rubra *Park. Rough-grass.* In pratis & pascuis sub finem Maii & Junii initium floret.

Culmus sesquicubitalis aut bicubitalis, asper, uti sunt & folia, & panicula crassa, albicans vel rubens, minùs sparsa, antrorsum duntaxat vergens, ex latiusculis ceu muscariis composita.

17. Gramen paniculatum maritimum vulgatissimum. *The most common panicled Sea-grass.* In palustribus maritimis ubique.

Folia brevia, angusta, carinata & ita convoluta ut juncea videantur.

Culmi pedales: Panicula palmaris, non multùm diffusa, purpurascens, è spicis seu locustis oblongis angustis squamosis non aristatis composita.

Alia hujus species elatior & major, bicubitalis, stipulis etiam triticeis majoribus à D. *Newton* collecta nobisque ostensa est. Utraque species subglauca est.

18. Gramen caninum maritimum paniculatum. *Panicled Sea-Dogs-grass.* In arenosis maris litoribus densis cespitibus nascitur. Radicibus reptat Graminis Officinarum in modum. Panicula non multùm sparsa, è locustis parvis squamosis Graminis pratensis vulg. similibus composita. Descriptionem vid. Hist. nost. p. 1286.

19. Gramen serotinum arvense, panicula contractiore pyramidali. *Late-flowering Corn-grass with a pyramidal panicle.* Inter segetes, locis præcipuè ubi aquæ aliquandiu stagnant. Locustæ singulares minimè squamosæ sunt, verùm singula granula continent, glumis in mollem ceu aristam exeuntibus. Integram descriptionem v. Hist. nost. p. 1288.

20. Gramen pratense serotinum panicula longa purpurascente. Gramen pratense spica Lavendulæ D. *Merrett. Late-flowering Meadow-grass with a long purple panicle.* Julio mense floret in pratis humidioribus frequens.

Culmus pedalis aut sesquiped. unico non longe à radice geniculo, ad quod duo aut tria folia. Panicula minùs sparsa, tres aut quatuor digitos longa, purpurascens.

21. Gramen

21. Gramen parvum præcox panicula laxa canescente. *Small vernal Grass with a soft loose spike.* In glareosis & sterilioribus plerunque nascitur, ubi palmarem altitudinem assequitur, in lætiori solo semipedale est. Radices capillares, folia brevia angustissima; caulis tenuis geniculatus; spica uncialis è viridi aut purpureo canescens, pluribus locustis in parvis ramulis laxiùs nascentibus constans. Singulæ locustæ bina granula continent, aristis geminis perbrevibus.

Gramina Avenacea Festucæ & Bromi dicta, &c.

1. Gramen nodosum Avenaceâ paniculâ *C. B.* nodosum *J. B.* caninum nodosum *Ger.* nodosum bulbosum vulgare *Park. Knotty-rooted Dogs-grass.* Ad sepes & in dumetis frequens, nonnunquam & inter segetes. Hoc genus Gramen Avenaceum elatius juba longa splendente aliquando denominavi. Juba versùs unam partem plerunque inflexa deorsum nutat; aristæ breves, incurvæ, spadiceæ. Radices nodorum bulbosorum elenchis constant.

2. Festuca Avenacea sterilis elatior *C. B.* Bromos herba sive Avena sterilis *Park.* Bromos sterilis *Ger.* Ægilops Matthiolo fortè *J. B. Great wild Oat-grass or Drank.* Ad sepes & in agrorum marginibus Maio mense.

Panicula multifariam dividitur, cujus portiunculæ è longis & tenuibus velut filamentis pendulæ, squamatim è pluribus glumis aristis mollibus longis donatis compactiles, spicam parvam mentiuntur, locustis avenæ non multùm dissimiles.

3. Festuca Avenacea hirsuta, paniculis minùs sparsis. Gramini murali Dalechampii simile si non idem *J. B. Rough Oat-grass with more compact panicles.* In muris & aggeribus, inque agrorum marginibus & tumulis siccioribus passim.

Folia hirsuta & ferè canescentia, nec rarò spicæ è quibus panicula componitur: hæ è squamis seu glumis circum oras canescentibus compactiles, ima parte latiores in acutum desinunt, aristis mollibus brevibus armatæ, & plerunque erectæ sunt.

Festuca Avenacea, spicis strigosioribus, è glumis glabris compactis à nobis & D. *Dale* observata, præcedentis varietas esse videtur.

4. Festuca

4. Festuca Avenacea spicis habitioribus, glumis glabris. Gramen Gros Montbelgardense *J. B. Oat-grass with larger smooth spikes and sparsed panicles. In many places among the Corn.*

A præcedente cum qua Botanici eam confundunt, differt culmis elatioribus, spicis habitioribus & latioribus, magis sparsis & dependentibus, glumis glabris, ut & loco inter segetes, extra quas nondum eam invenimus.

5. Gramen Avenaceum dumetorum paniculâ sparsâ. An Festuca graminea nemoralis latifolia mollis *J. B. C. B ? Bush or Wood-Oat-grass, with a sparsed panicle.* Spicæ seu locustæ secundæ speciei spicis similes sunt, verùm culmus hujus elatior. Paniculis & culmi altitudine exceptis persimile est Gramini Avenaceo dumetorum spicato.

6. Gramen Avenaceum glabrum paniculâ è spicis raris strigosis compositâ, aristis tenuissimis. Fulhamiæ prope Londinum observavit D. *Doody.*

7. Gramen Avenaceum glabrum paniculâ purpuro-argentea splendente D. *Doody. Oat-grass with purplish shining or silver panicles. In the Pastures about the Earl of* Cardigans *House at* Twittenham *in* Middlesex.

Panicula non multùm sparsa, non ex spicis squamosis composita, sed ex locustis Avenacearum æmulis, quarum unaquæque tria plerunque grana glumis obvoluta & aristata continet: aristæ prætenues sunt, nonnihil incurvæ, purpurascentes.

8. Gramen Avenaceum parvum procumbens paniculis non aristatis. *Small supine Oat-grass without awns.* In pascuis.

Locustæ turgidulæ tria quatuórve grana duobus glumis obvelata continent.

9. Gramen Avenaceum nemorense, glumis rarioribus ex fusco xerampelinis. An Gramen montanum Avenaceum locustis rubris *C. B. prod ?* An Gramen Anglo-Britannicum Avenaceum Danico nemorali simile. *Lob ? Red Oat-grass of the Woods.* In aggeribus sepium umbrosis juxta sylvas, non tamen admodum frequens.

Folia Graminis Avenacei dumetorum; Panicula sesquipalmaris & longior, è raris locustis composita, quarum singulæ glumis duabus non aristatis ex fusco xerampelinis, interiùs in sinu suo utriculum in quo semen continentibus, constant.

§. Gra-

§. Gramen nemorosum hirsutum inter Culmiferas & Graminifolias non culmiferas ambigere videtur : culmo enim terete geniculato cum illis convenit ; verum flore seu potiùs calyce hexaphyllo, seminibus angulosis, paniculâ juncea ad has accedit.

1. Gramen exile hirsutum *Ger.* nemorosum hirsutum minus angustifolium *Park.* hirsutum capitulis Psyllii *C. B.* Gramen Luzulæ minus *J. B. Small hairy Wood-grass.* In pratis & pascuis frequens, floret sub finem Aprilis ; unde male inscribitur nemorosum.

2. Gramen hirsutum elatius, paniculâ junceâ compactâ. An Gramen nemorosum hirsutum angustifolium majus *C. B?* nemorum hirsutum majus angustifolium *Park?* *The greater hairy-grass with a compact Rush-like panicle.*

Duplo elatius est præcedente, foliis duplo longioribus, panicula multo majore, magisque compacta, ex pluribus veluti globulis coacervata.

3. Gramen nemorosum hirsutum vulgare. An Gramen nemorosum hirsutum *Ger. Lob?* nemorosum hirsutum majus *Park?* nemorosum hirsutum majus latifolium *C. B?* *Common hairy Wood-grass.* Si hoc intelligunt perperam majus vocant. In sylvis frequens.

A reliquis generis facilè dignoscitur, quòd flores eósque sequentia vascula seminalia non consistant plura simul in eodem pediculo, sed singula seorsim, unum sessile, alia filamentis longis tenuibus appensa.

4. Gramen nemorosum hirsutum latifolium maximum. An Gramen Luzulæ maximum *J. B?* panicula convenit, folia nimis longa pinguntur. An Gramen nemorosum hirsutum latifolium minus junceâ paniculâ *Park?* Si hoc intelligit malè minus appellat. Gramen hirsutum latifolium minus *C. B?* *The greatest broad-leaved hairy Wood-grass.* In umbrosis saxosis, sed rariùs. *I observed it in the Ditch of a Close adjoyning to* Hampsted *Wood near* London *plentifully.*

Cum Graminum omnium hirsutorum apud nos nascentium longe maximum sit, foliis latis, panicula juncea diffusa, non indiget descriptione.

GENUS VIGESIMUM TERTIUM.

Herbæ Graminifoliæ non culmiferæ flore imperfecto seu stamineo.

§. GRaminis cyperoidis & Cyperi, præter folia graminea & stamineos flores toti huic generi communes notæ sunt Caules triquetri in omnibus, & in plerisque etiam semina.

1. Gramen cyperoides cum paniculis nigris *J. B.* cyperoides majus latifolium *Park.* cyperoides *Ger.* Cyp. latifolium spica ruffa sive caule triangulo *C. B. Great vernal Cyperus-grass.* In aquosis, inque ipsis aquis ad fluviorum ripas. Maio floret.

Maximum est inter Gramina cyperoide polystachia, hoc est quorum spicæ feminiferæ singulatim aliæ supra alias è foliorum sinubus exeunt; summum autem caulem spicæ paleaceæ semine cassæ terminant.

2. Gramen cyperoides majus angustifolium *Park.* Graminis nigro-lutei verni varietas major *J.B. Great narrow-leaved vernal Cyperus-grass.* Cum priore, quo per omnia minus est, nisi quod in parem altitudinem assurgat, caule concinnè triquetro.

3. Gramen cyperoides foliis Caryophylleis vulgatissimum. Graminis nigro-lutei verni varietas minor *J. B. Many spiked Cyperus-grass with Julyflower-leaves.* In pratis humidis & ad rivulos ubique.

Folia Caryophylleis latitudine & colore glauco respondent: caulis non adeò concinne triquetrus ac præcedentis, quo & multò minor est. In hoc genere spicæ interdum granis rarioribus tumidioribus constant: Fortè distincta species est.

4. Gramen cyperoides polystachion lanuginosum. An Gramen cyperoides Norwegicum parùm lanosum *Park.* p. 1172. *Many spiked hairy Cyperus-grass.* In pascuis locis humidioribus.

Hujus

Hujus tum folia, tum caules, tum etiam ſpicæ in apricis lanuginoſæ ſunt. In ſummo caule duas tréſve ſpicas habitiores gerit, & inferiùs ad magnam diſtantiam è foliorum ſinubus duas tréſve alias. Magnitudo ei Graminis Caryophyllei.

5. Gramen cyperoides polyſtachion flavicans, ſpicis brevibus propè ſummitatem caulis. *Yellowiſh Cyperus-graſs with ſhort ſpikes.* In pratis & paſcuis frequens.

Altitudo dodrantalis, folia anguſta caule breviora: reliquàs notas titulus ſuppeditat.

6. Gramen cyperoides polyſtachion majus ſpicis teretibus erectis. Gramen cyperoides anguſtifolium ſpicis longis erectis *C. B. Great Cyperus-graſs with round upright ſpikes. In ſeveral Pools about* Middleton *in* Warwickſhire. Spicæ ex utriculis membranaceis ſubrotundis mucrone donatis compoſitæ. Caulis adeò obſcurè triquetrus eſt ut vix poſſit diſcerni. Folia caulem longitudine ſuperant: tres quatuórve ſpicæ tenues, longæ, disjunctæ, paleaceæ caulem finiunt.

7. Gramen cyperoides ſpica pendula breviore *C. B.* Cyperus ſeu Pſeudo-cyperus ſpica brevi pendula *Park.* Graminis cyperoidis genus, Pſeudo-cyperus Lobelio, ſpicis vel paniculis pendentibus ex longis pediculis *J. B.* Pſeudo-cyperus *Ger. Baſtard Cyperus with ſhort pendulous ſpikes.* In paluſtribus & aquaticis, ſtagnis vadoſis, &c. Pulchrum eſt hoc gramen.

Spicæ cylindraceæ pendulæ ex ſingulis foliorum ſinubus ſingulæ exeunt, ſummo caule in ſpicam ſtrigoſam, aceroſam, ſemine caſſam terminato.

8. Gramen cyperoides ſpica pendula longiore *Park.* ſpica pendula longiore & anguſtiore *C. B. J. B. Many ſpiked Cyperus-graſs with long pendulous heads.* In foſſis circa Brantriam in Eſſexia & alibi.

Eſt è majoribus hujus generis Gramini cyper. cum paniculis nigris altitudine non inferior. Spica in ſummo caule ſemine caſſa ſingularis habitior: Secundùm caulis longitudinem è ſinubus foliorum ſingulis ſingulæ exeunt ſpicæ longæ, anguſtæ, & ob longitudinem & ſummæ partis craſſitiem pendulæ, flavicantes, plurimùm quinque.

9. Gramen cyperoides ſpicis parvis longiſſimè diſtantibus. *Cyperus-graſs with ſhort ſpikes far diſtant one from another.* Hoc genus primò à D. *Martino Liſter* habui, poſt ipſe inveni in Eſſexia, loco putrido & paludoſo prope *Machins*

chins Mill. non longè à *Witham* versùs Camalodunum.

Caulis bipedalis & pro longitudine tenuissimus; spicæ plerunque unciales pediculis tenuissimis uncialibus appensæ; præter quas Spica paleacea, semine vacua singularis caulem terminat.

10. Gramen cyperoides sylvarum tenuius spicatum *Park. Lob.* Illust. stirp. pag. 60. *Slender-eared Wood Cyperus-grass.* In sylvis passim: floret circa finem Aprilis & initio Maii.

Spicæ flavicant, ut & tota planta: Summus caulis in singularem spicam acerosam semine cassam terminatur.

11. Gramen cyperoides palustre leucanthemum. Gramen junceum leucanthemum *Ger. emac.* lib. 1. cap. 22. n. 7. An Gramen junceum polystachion *C. B.* Gramen junceum malè inscribitur cum caulis (ut nos monuit D. *Newton*) triquetrus sit, nec folia juncea. *Boggy Cyperus-grass with white chaffy panicles.* In palustribus sed rarius. *We found it in many boggy places in* Cornwall, *and in all the Mosses in* Lancashire *and* Scotland. Sub finem Julii paniculam promit: altitudo ei pedalis aut major; panicula è flosculis seu potiùs glumis acerosis albis elegantulis composita è sinu folii exit; & ejusmodi duo tréve conferti summum caulem occupant.

12. Gramen cyperoides vernum minimum cyperoides spicatum *Ger. emac.* spicatum foliis Caryophylleis *Park.* Caryophyllatæ foliis, spicâ divulsâ *C. B. The least vernal Cyperus-grass.* Spicam producit & floret primo vere ante reliqua genera in pascuis sterilioribus passim. Summum caulem tres quatuórve spicæ, superior semine cassa, reliquæ fœtæ confertæ occupant; interdum etiam inferiùs è folii sinu spica exit.

13. Gramen palustre echinatum *J. B. Ger. emac.* palustre aculeatum vel minus Germanicum *C. B.* aculeatum Germanicum *Park. Marsh Hedgehog-grass, or small echinate Cyperus grass.* In palustribus & humidioribus pratis copiosé.

Parvitate sua & spicis compactis brevibus, habitioribus muricatis, in foliorum alis sessilibus à congeneribus facilè distinguitur. Spica strigosa acerosa, semine cassa singularis caulem finit.

14. Gramen Cyperoides spicis brevibus congestis, folio molli. In ericeto Hampstediensi prope Londinum invenit D. *Doody.* Hujus descriptionem v. Hist. nost. Append. p. 1910.

Spica

Spica huic in ſummo caule paleacea unica, ſeminiferæ tres quatuórve, breviſſimæ & globulorum æmulæ, abſque pediculis cauli adnatæ.

15. Gramen cyperoides anguſtifolium ſpicis parvis ſeſſilibus in foliorum alis. *Narrow-leaved Cyperus-graſs with ſhort ſeſſile ſpikes.* In aggeribus foſſarum udis præſertim umbroſis.

Cauliculi tenues pedales, folia anguſta longa tum infima, tum ſuperiora, in quorum alis ſpicæ ſedent.

Gramina Cyperoide cum ſpicis aut paniculis in ſummo caule, quem ſpica paleacea non terminat.

1. Gramen cyperoides paluſtre paniculâ ſparsâ *Park.* cyperoides paniculâ ſparsâ majus *C. B.* cyperoides vulgatius aquaticum *J. B. Water or Marſh Cyperus-graſs with a ſparſed panicle. In the Fen Ditches about* Wisbich *and* Marſhland *in* Norfolk, *and elſewhere near the Sea, plentifully alſo in the River* Thames. Planta eſt ſpecioſa, inter maximas hujus generis, caule concinnè triquetro, angulis aſperis; paniculis rufeſcentibus.

2. Gramen cyperoides paluſtre elatius, ſpica longiore laxa. *Marſh Cyperus-graſs with looſe ſpikes.* In paluſtribus putridis & aquoſis. Caulis huic ſeſquicubitalis. Spica ſeu potiùs panicula longa, minùs ſparſa, lucida, è pluribus ſpicis ſecundariis compoſita, quæ ex aliis adhuc ſubrotundis exiguis ſquamoſis conſtant. Denſo & firmo ceſpite naſcitur hoc genus, in ſolo aliàs cœnoſo, Juncorum in modum, ut tutò ei inſiſtere poſſis.

Hujus aliam ſpeciem per omnia ſimilem, ſed minorem, ſpicis gracilioribus, ſparſim naſcentem, non in ejuſmodi denſis ceſpitibus, iiſdem in locis obſervavimus.

3. Gramen cyperoides ſpica è pluribus ſpicis brevibus mollibus compoſita. *Cyperus-graſs with a head compounded of ſoft ſpikes.* In paſcuis locis humidioribus copioſè.

Cauliculi dodrantales aut pedales, concavi, enodes, ſpicas 4, 5, vel etiam 6 confertas, ſubrotundas nec tactu aſperas in faſtigio ſuſtinentes. Hanc ſpeciem in Cat. Ang. pro Gramine cyperoide ex monte Ballon ſpica divulſa *J. B.* habuimus.

4. Gramen cyperoides ex monte Ballon ſpicâ divulsâ *J. B.* cyper. paluſtre majus ſpicâ diviſâ *C. B.* cyp. paluſtre minus *Park.* cyper. parvum *Ger. ico. Marſh Cyperus-graſs of Mount* Ballon *with a divided head. In the Meadows near the Hith at* Colcheſter *in* Eſſex *and elſewhere, obſerved by Mr.* Newton.

Præcedente elatior eſt, caulibus gracilioribus, nec adeò manifeſtè concavis; ſpicis partialibus minoribus, corrigiato foliolo oblongo ſpicæ ſubjecto, ſecus quàm in illo, quo interdum rectà ſupra paniculam aſſurgente caulis Junci ſpeciem refert; foliis longioribus & anguſtioribus.

5. Gramini cyperoidi ex monte Ballon ſimile, ſpicâ totali è pluribus ſpicis compoſita. An Gr. cyp. elegans multiferâ ſpicâ *Park? Cyperus-graſs with a ſoft more compound head.* In paluſtribus & aquoſis, Maio floret.

Spica in hac ſpecie coloris eſt ferruginei, & initio ad tactum mollis: tertia ſpecie majus eſt & elatius.

6. Gramini cyperoidi ex monte Ballon ſimile humilius, in maritimis & arenoſis naſcens. *Low Sea Cyperus-graſs with a compound ſpike.* In arenoſis maritimis frequens. Multo humilius eſt præcedente, ſpicâ ferrugineâ, deorſum plerunque nutante.

7. Gramen cyp. paluſtre elegans ſpicâ compoſitâ aſperiore. *Elegant Cyperus-graſs with a rough compound head. In a Pool at* Middleton *in* Warwickſhire *towards* Coles-Hill: *alſo nigh* Wrexham *in* Denbighſhire, *and other places.*

Folia anguſta, pallidè viridia, dodrantalia: Caulis pedalis, nudus, enodis; ſpica in ſummo ex viridi flavicans, è 5 vel 6 ſpicis brevibus teretibus ſquamoſis, ſquamis acuminatis compoſita, nullo ei ſubjecto foliolo.

8. Gramen cyperoides paluſtre majus ſpicâ compactâ *C. B.* paluſtre cyperoides aquaticum ſpicâ integrâ *J. B.* paluſtre cyperoides *Ger.* cyp. paluſtre majus *Park. The greater ſpiked Cyperus-graſs.* In aquoſis & ad fluviorum ripas.

Spica ſeſcuncialis è ſquamis compreſſis acuminatis & quodammodo aculeatis compoſita. Caulis ſeſquicubitalis, triquetrus, angulis acutis, lateribus velut ſulcatis.

9. Gramen cyperoides ſpicatum minus. Gr. cyp. ſpicis minùs compactis *Park.* cyp. parvum *Ger. deſer.* cyp. ſpicis minoribus minúſque compactis *C. B. J. B. The leſſer ſpiked Cyperus-graſs.*

Præce-

Præcedente multis numeris minus eſt, aliàs ſimillimum, ſpicis, ut rectè *J. B.* minoribus minúſque compactis; cauliculis plerunque terram versùs reclinatis. Iiſdem cum priore in locis.

10. Gramen cyperoides ſpicatum minus, ſpica longa divulſa ſeu interrupta. *The leſſer ſpiked Cyperus-graſs with a long interrupted ear.* In paſcuis locis humidioribus.

Cauliculi dodrantales aut pedales tenues, terram versùs plerunque reclinati: Spica longa divulſa ſeu interrupta, ex ſex nimirum ſeptemve ſpicis parvis, ſquamoſis, ſeſſilibus, ex utriculis aculeatis compoſitis longiuſculè diſtantibus (inferiores intellige) compoſita. Folia longitudine interdum caulem ipſum æquant vel excedunt, quo à duobus præcedentibus differt.

11. Gramen cyperoides ſpicatum minimum, ſpicâ divulsâ aculeatâ. Gr. ſylvaticum 3. *Tab.* parvum tenuifolium cum ſpica aculeata *J. B.* nemoroſum ſpicis parvis aſperis *C. B.* An Gr. cyper. echinatum montanum *Park.*? *The leaſt prickly-headed ſpiked Cyperus-graſs.* Locis paluſtribus ſolo putrido & ſpongioſo.

Folia anguſta, brevia; cauliculi palmares & ſeſquipalmares in ſummo geſtant ſpicam laxam, è tribus plerunque glomerulis ſeminum aculeatorum compoſitam.

12. Gramen cyperoides minimum, ſeminibus deorſum reflexis puliciformibus. *Flea-graſs. Obſerved firſt by Mr.* Goodyer, *and by him named Flea-graſs from the likeneſs of its ſeeds, both for figure and colour. We have often found it in mooriſh and boggy places.*

13. Gramen cyperoides ſpica ſimplici compreſſa diſticha D. *Plukenet*, qui illud primus obſervavit. *Mr.* Newton, *who firſt ſhewed it me, found it in watery places about* Orton *in* Weſtmorland, *and alſo about* Chiſſelhurſt *in* Middleſex.

Caulis ſemipedalis aliquouſque ſupra ſpicam producitur, ut ſpica è ſinu caulis egredi videatur quemadmodum in Juncis.

Cyperi Botanicis dicti.

1. Cyperus longus *Ger.* longus odoratus *Park.* odoratus radice longa ſeu Cyperus Officinarum *C. B.* paniculâ ſparsâ ſpecioſâ *J. B.* *The ordinary ſweet Cyperus or* Engliſh *Galingale. Found by Mr.* Newton *in the Iſle of* Purbeck, Dorſet-

ſhire, *near a Chappel on the ſide that looks towards* Portland *Iſland.* Panicula ſparſa è ſpicis parvis compreſſis ſquamoſis compoſita.

2. Cyperus rotundus litoreus inodorus *Lob. J. B.* rotundus inodorus Anglicus *C. B.* rotundus litoreus *Ger.* rot. litoreus inodorus Anglicus *Park. Round-rooted baſtard Cyperus.* In Angliæ Borealis fluminum litoreis leneque fluentium rivulorum & maris alluvionibus invenit Lobelius. *By the* Thames *about* London *in many places.* *Mr.* Doody.

3. Cyperus longus inodorus ſylveſtris *Ger.* longus inodorus vulgaris *Park.* longus inodorus ſylveſtris Lobelio *J. B.* longus inodorus Germanicus *C. B.* Gr. cyperoides altiſſimum foliis & carina ſerratis *P. Boccone. Long-rooted baſtard Cyperus. On* Hinmoor *near* Cambridg *plentifully: alſo in boggy places by the River* Thame *at* Dorſthill *near* Tamworth *in* Dorſetſhire. *And by the Sea ſide between* Penſans *and* Marketjeu *in* Cornwall.

Caulis huic rotundus, folia utroque margine & media coſta ſerrata; Jubæ aceroſæ Junci è foliorum alis & ſummo caule, aliæ ſupra alias exeunt.

4. Cyperus gramineus *J. B.* gramineus miliaceus *Ger.* Pſeudo-cyperus miliaceus *Park.* Gram. cyperoides miliaceum *C. B. Millet-Cyperus-graſs. We have found it in many places, as by the* Thame *ſide near* Tamworth *in* Warwickſhire, *in a Brook near* Haverford weſt *in* Pembrokeſhire. *Mr.* Dale *obſerved it by the River* Blackwater *at a Mill below* Bocking *in* Eſſex. Panicula nigricans in latum diffunditur.

§ Junci & Gramina juncea.

Juncus caulibus plerunque teretibus, interdum tamen anguloſis, fungoſis, enodibus; paniculâ vel in ſummo caule exiſtente, vel ex ejus latere inferiùs exeunte, & multis ſeminibus majuſculis compoſitâ, à reliquis hujus generis diſtinguitur.

1. Juncus acutus capitulis Sorghi *C. B.* maritimus capitulis Sorghi *Park.* pungens, ſeu Juncus acutus capitulis Sorghi *J. B. Pricking large Sea-Ruſh.* In arenoſis cumulis ad Occidentale Cambriæ litus Merionethenſe copioſiſſimé.

Junci ſeſquicubitales craſſiuſculi, rigidi, acumine pungente: Capitula glomerata, ſplendentia, fuſca, Sorghi æmula.

2. Jun-

2. Juncus acutus maritimus capitulis rotundis *C. B.* acutus maritimus alter *Park. Sea-Rush with globular heads. Found by Mr.* Stephens *in* Braunton Boroughs *in* Devonshire.

Capitula parva, rotunda, aspera, Sparganii formâ, huic ad distinctionem sufficiunt.

3. Juncus acutus maritimus caule triangulo *C. B. Park. J. B. Sea-Rush with a triangular stalk.* Apud nos ad ripam Thamesis fluvii tam infra quàm supra Londinum. Verùm qui mihi nuper ostensus est à D. *Doody*, diversus videtur à Bauhini Junco, necdum descriptus, magnitudine & proceritate insignis, nec Scirpo maximo multùm inferior.

4. Juncus acutus maritimus Anglicus *Park.* English *Sea hard Rush.* In maritimis palustribus copiosé, ut circa Camalodunum in Essexia, & ad Occidentale Cambriæ litus.

Scapi sesquicubitales, solidiores & duriores quàm Junci lævis vulgaris, medulla solidiore. E scapo in sinum excavato, & in duo cornua, altero admodum brevi, diducto, sesquipalmari ab apice junci distantia erumpit panicula ampla, albicans, in plures partes divisa, unâ præ aliis longo pediculo insidente, & supra reliquas eminente, ac si separata esset.

5. Juncus acutus *Ger.* acutus vulgaris *Park.* acutus paniculâ sparsâ *C. B.* An Juncus foliaceus *J. B? Common hard Rush*, i. e. Juncus durus vulgaris. In pascuis & ad vias publicas, præsertim solo humidiore passim.

Junci sesquicubitales & altiores, graciles, striati, cortice crasso, medulla pauca, aridiusculi, in acutos mucrones exeunt: panicula sparsa, rufescens, ad dimidii pedis distantiam, infra mucronem erumpit.

6. Juncus montanus palustris. An Oxyschœnos sive Juncus acutus Alpinus Cambrobritannicus *Park? Moss-Rush, Goose-Corn.* In montosis palustribus, solo bibulo & spongioso, per totam Angliam copiosé.

Juncus propriè dictus non est. Folia ad radicem numerosa, stellatim expansa, brevia, dura, acuminata, supernè canaliculata: Caulis dodrantalis, firmus, farctus, paniculam in fastigio junceam gestans; capsulæ majusculæ, subrotundæ.

7. Juncus aquaticus maximus *Ger.* lævis maximus *Park.* max. holoschœnos *J. B.* Juncus maximus seu Scirpus *C. B. Bull-Rush.* In fluminibus, piscinis & stagnis majoribus. Paniculæ huic è summo scapo exeunt.

8. Juncus

8. Juncus lævis vulgaris panicula ſparſa noſtras. An Juncus paniculâ Arundinaceâ *J. B.*? lævis panicula ſparſa major *C. B. Park*? Junc. lævis *Ger. Common ſoft Ruſh.* In aquis vadoſis aut juxta aquas.

Altitudo bicubitalis aut major, medulla ſolidior & ad ellychnia apta. Dodrantali cis apicem ſpatio erumpit panicula latè ſparſa; in petiolis tenuibus vaſcula propendent, multo quàm in ſequenti Junco minora, pallidiora, quamvis planta ipſa major & elatior ſit.

9. Juncus lævis vulgaris panicula compactiore. An Juncus lævis vulgaris *Park*? an lævis glomerato flore *ejuſdem*? lævis paniculâ non ſparsâ *C. B. Soft Ruſh with a more compact panicle.* In paſcuis & ſylvis, locis humidioribus.

A præcedente differt calamis ſtriatis, medulla rariore & ſpongioſiore, panicula compactiore & vaſculis ſeminalibus majoribus, cacumini propiùs erumpentibus, tempore etiam florendi maturiore.

10. Juncus lævis minor panicula glomerata nigricante *Cat. Cant.* Lithoſpermi ſemine *Hort. Reg. Bläſ. & Pariſ. Botan. Mon* Locis paluſtribus ſolo ſpongioſo. *Round black-headed Marſh-Ruſh or Bog-Ruſh.* Scirpi cubitales ſunt; reliquas notas tituli ſuppeditant.

11. Juncus parvus, calamo ſupra paniculam compactam longiùs producto. *Found by Mr.* Newton *not far from* Ambleſide *in* Weſtmorland. Altitudo ei ſemipedalis, ſcirpus gracilis.

12. Juncus capitulis Equiſeti *C. B.* aquaticus minor capitulis Equiſeti *Ger. Park.* capitulis longis ſeu clavatus *J. B. Club-Ruſh, or aglet-headed-Ruſh.* In rivulis frequentiſſimus.

Scirpi pedales aut cubitales ſunt; nec aliis præter titulum notis indiget.

13. Juncus capitulis Equiſeti minor & fluitans *C. B. J. B.* Juncellus capitulis Equiſeti fluitans *Park. Floting Club-Ruſh.* In aquoſis Angliæ fluitat autore Gillenio.

14. Juncellus omnium minimus capitulis Equiſeti D. *Plot Hiſt. nat. Oxon. The leaſt upright Club-Ruſh. On* Binſey *Common*, Oxfordſhire, *in the moiſt Ditches*, Hunc à ſe obſervatum mihi communicavit peritiſſ. Botanicus D. *Dodſworth.*

Simplici ſcapo, ſetæ equinæ craſſitie, altitudine trium unciarum, aſſurgit.

15. Jun-

15. Juncus parvus paluſtris cum parvis capitulis Equiſeti. An Juncus montanus parvus cum parvis capitulis luteis *J. B? Dwarf Marſh Ruſh with ſmall Aglet heads.* In pratis udis & locis paluſtribus circa *Middleton* vicum in agro Warwicenſi & alibi.

Styli palmares aut dodrantales tenues ſatis firmi: Capitulum ex ſpadiceo nigricans, triplo brevius quàm Junci clavati.

16. Juncellus omnium minimus, Chamæſchœnos *Ad. Lob.* Juncellus Lobelii *Park.* An Juncus humilis *J. B?* An Juncellus inutilis ſive Chamæſchœnos *C. B. The leaſt Ruſh of all.* In arenoſis & glareoſis humidioribus.

Paniculæ huic in eodem ſcapo plerunque duæ, interdum unica, rarius tres. Hunc D. Merrett in Pin. Gramen ſparteum capite bifido vel gemino denominavit, ut ex planta ipſa à D. Lawſon ad me tranſmiſſa agnovi, unde in Faſciculo noſtro titulus ille Gramen ſparteum capite bifido vel gemino delendus eſt: malè enim pro diſtincta à Juncello ſpecie habitur.

17. Juncus Alpinus cum cauda leporina *J. B.* Alpinus capitulo lanuginoſo ſive Schœnolaguros *C. B.* à capitulo haud multùm leporum caudæ diſſimili. Gramen juncoides lanatum alterum Danicum *Park. Hares-tail-Ruſh. On* Elſemer *Meers in* Shropſhire, *and* Pillinmoſs *in* Lancaſhire.

I underſtood by Mr. Lawſon, *that this is the ſame Plant which* Parkinſon *calls* Gramen junceum montanum ſubcœruleâ ſpicâ Cambro-britannicum: *the ſame obſervation I find in* Phytol. Britan. *So that* Parkinſon *errs in putting it for a diſtinct Species, and I inadvertently following him in my Hiſtory of Plants.* p. 1306. Spicæ ſubcœruleæ mox poſt Natalitia Chriſti apparent. Oves eum avidè depaſcuntur, unde *Moſs-crops* Weſtmorlandicis dicitur. D. *Lawſon.*

Gramina Juncea.

1. Gramen pratenſe tomentoſum paniculâ ſparsâ *C. B.* tomentarium *Ger.* Gnaphalium Tragi ſive Juncus bombycinus *J. B.* Gr. junceum lanatum, vel Juncus bombycinus vulgaris *Park. Cotten-graſs.* In paludoſis, ſinque humidis & cœnoſis frequens.

Foliis

Foliis est gramineis non Junceis, unde ad hoc genus propriè non pertinet. Caulis pedalis aut cubitalis. Panicula tomentosa, nivea, multiplex.

2. Gramen junceum folio articulato aquaticum *C. B.* junceum aquaticum Bauhini *Park.* aquaticum *Tab. Ger.* Juncus foliaceus capsulis triangulis *J. B. The lesser Rush-grass with joynted leaves and triangular Seed-vessels.* In udis & palustribus ubique.

Culmulis hujus aliàs perbrevibus, oblongis aliàs, spicæ quædam velut excrementitiæ, & ex foliaceo quodam genere squamatæ rubentésque insident. Capsulæ triquetræ ex ruffo nigricant.

3. Gramen junceum capsulis triangulis minimum. Graminis juncei varietas minor *Ger. emac. The least triangular-seeded Rush-grass.* In palustribus & ad rivulos; ut in aquosis ericeti Hampstedienſis prope Londinum. Palmarem altitudinem vix superat, folia juncea capillaria: Panicula præcedentis nòn dissimilis, nec capsulæ spadiceæ multò minores.

Hujus varietatem, ni potiùs species distincta sit, observavit D. *Dale* in ericeto de *Tipere* in Essexia, loco paludoso, prope *Braxted* magnum, inque ericeto quodam prope *Burnt-wood* oppidum, loco consimili, quam Gram. junceum capsulis triangulis, cauliculis tenuibus, foliis ad nodos & panicularum divaricationes prælongis, denominavi.

4. Gramen junceum aquaticum magis sparsâ paniculâ *Park.* An Gr. junceum sylvaticum *Ger?* junceum folio articulato sylvaticum *C. B? The greater Rush-grass with joynted leaves, and a more sparsed panicle.* In aquosis passim, non rarò & in sylvis humidis.

Secunda specie elatius & majus est, paniculâ magis sparsâ, capsulis tamen minoribus minúsque coloratis quàm in illa.

5. Gramen junceum maritimum *Lob. Ger. ico.* Gramen junceum foliis & spicâ Junci *C. B.* junceum maritimum majus *Park.* Juncus parvus cum pericarpiis rotundis *J. B. Rush grass with round Seed-vessels.* In pratis humidioribus, tum maritimis, tum à mari procul remotis. Altitudo pedalis aut cubitalis.

6. Gramen junceum parvum sive Holosteum Matthioli & Gr. bufonium Flandrorum *Park.* Gr. junceum *Ger.* Gr. nemorosum calyculis paleaceis *C. B.* Holosteum Matthioli junceum *J. B. Toad-grass.* In humidis & aquosis.

Palmum

Palmum & ſeſquipalmum altum eſt hoc genus, cauliculis frequentibus & in plurimos ramulos diviſis, paniculis plurimis paleaceis.

7. Gramen junceum clavatum minimum, ſeu Holoſteum paluſtre repens, foliis, capitulis & ſeminibus Pſyllii. *Marſh Ruſh-graſs with Fleawort-heads. This was ſhewn me by Mr.* Dodſworth. *I remember alſo to have found it at* Madern *near* Haverford weſt *in* Pembrokeſhire. *Mr.* Doody *gathered it in the Ponds of* Wandſworth *Common, next the new Church-yard in* Surrey.

8. Gramen junceum ſive Holoſteum minimum paluſtre capitulis quatuor longiſſimis ſtaminibus donatis. In paluſtribus.

Foliola ad radicem in orbem ſpargit anguſta, graminea, craſſa, cauliculi plures vix digitum alti, nudi capitulum ſeu floſculum in ſummo geſtant exiguum compreſſum, unde exeunt quatuor longiſſima filamenta apicibus donata: unicum ſuccedit ſemen majuſculum.

§. Sparganium pilulis ſuis echinatis ſphæricis Platani pilulas æmulantibus à reliquis hujus generis abundè diſtinguitur.

1. Sparganium ramoſum *Park. Ger. C. B.* Sparganium quibuſdam *J. B.* Butomos diſſectâ paniculâ, vulgò Platanaria, quia pilulas habet Platani pilulis ſimiles *Jo. Bod. in Theophr. hiſt. Branched Bur-Reed.* In aquis ad fluviorum ripas, inque paluſtribus ubique.

2. Sparganium non ramoſum *C. B. Park.* non ramoſum ſive latifolium *Ger.* Sparganium alterum *J. B. Bur-Reed not branched.* Cum priore.

3. Sparganium minimum *J. B. C. B. Park. The leaſt Bur-Reed.* In ſtagnis & rivulis. Folia cubitum longa, vix ſemunciam lata, neque carinata, neque ſtriata, ut in majore ſpecie, intus concava.

In caule cubitali florum & ſeminum globuli 4 vel 5. Reliquam deſcriptionem vid. Hiſt. noſt. App. p. 1910.

§. Acorum ſpica quam profert ſimplicem elegantem Juli ſpecie, folia Iridis aromatica odorata ab aliis omnibus plantis abundè diſcriminant. Nullæ hactenus ſpecies aut varietates hujus in Europa naſcentes obſervantur.

Acorus

Acorus verus ſive Calamus Officinarum *Park.* verus, ſive Calamus aromaticus Officinarum *C. B.* verus, Officinis falſo Calamus *Ger.* Calamus aromaticus vulgaris, multis Acorum *J. B. The ſweet-ſmelling-flag or Calamus. In the River* Yare *near* Norwich, *obſerved by Sir* Tho. Brown: *alſo about* Hedly *in* Surrey *found by Dr.* Brown *of* Magdalen *College* Oxon: *and in* Cheſhire *plentifully, as we were informed by Dr.* Walter Needham. *Mr.* Dent *alſo ſent me fair* Juli *of it, gathered ſomewhere near* Cambridg.

§. Typhæ nota eſt florum effigies turbinata & in clavam compoſita.

1. Typha *Ger.* paluſtris major *J. B. C. B.* paluſtris maxima *Park. Great Cats-tail or Reed-mace.* In ſtagnis & piſcinis majoribus, aut aquis lenè fluentibus.

Altitudo humana & major: caulis teres, gracilis, tomento rufeſcente in cylindri formam compoſito faſtigium occupante, quod in pappos tandem cinereos faceſſit.

2. Typha paluſtris media *J. B.* paluſtris clavâ gracili *C. B.* Typha minor *Park. Ger. The middle ſort of Cats-tail.* Cum priore nec minùs frequens oritur.

Utramque ſpeciem unà creſcentem vidi in rivulo quodam propè ædes Nobiliſſ. Comitis Warwicenſis *Leez-houſe* dictas. Priori folia latiora, glauca; ſpica major, nigrior. Seriùs etiam floret. Poſteriori folia anguſtiora, pallidiùs virentia; Spica gracilior minúſque colorata, ſeriùs etiam exeunt ſpicæ ſeu clavæ.

GENUS

GENUS VIGESIMUM QUARTUM.

Herbæ anomalæ & incertæ sedis, & primo Aquaticæ.

§. NYmphææ notæ sunt folia subrotunda, in summis aquis fluitantia.

1. Nymphæa lutea *Ger. J. B.* major lutea *C. B. Park.* Nenuphar luteum *Brunf. Water-Lily with a yellow flower.* In fluviis & stagnis majoribus. Vas seminale urceum affabrè exprimit, odore Aquam vitæ referre nobis visum est.

2. Nymphæa lutea minor flore fimbriato *J. B. C. B. The lesser yellow Water-Lily with a fringed flower.* In fluviis & stagnis majoribus, non tamen admodum frequens.

3. Nymphæa alba *J. B. Ger.* alba major *C. B.* alba major vulgaris *Park.* In fluviis sed rariùs. Aquâ gelidâ delectari videtur. Hujus flos multiplici petalorum serie constat.

4. Nymphæa alba minima *C. B.* alba minima sive Morsus ranæ *Park.* minor sive Morsus ranæ *J. B.* Morsus ranæ *Ger. The least white Water-Lily or Frogbit.* In aquis pigrioribus. Hujus flos tripetalos est.

5. Nymphæa alba minima flore pleno odoratissimo *Cat. Cant. Double-flower'd sweet Frogbit.* In fossa palustri ad latus aggeris seu calceti, *Audrey Caussey* dicti, prope pontem ligneum in insula Eliensi. Præcedentis varietas esse videtur.

§. Millefolium aquaticum minus *Park. J. B.* aquaticum flosculis ad foliorum nodos *C. B.* Myriophyllum aquaticum minus *Ger. Small Water-Milfoil.* In rivulis prope Cantabrigiam circa *Hinton* & *Teversham* & pontem Sturæ.

Quinæ huic in caule (observante Clusio) ad singulos nodos foliorum alæ.

2. Millefolium palustre galericulatum *Ger. emac.* aquaticum flore luteo galericulato *J. B. Park.* aquaticum lenticulatum *C. B. Hooded Water-Milfoil.* In fossis palustribus Lincolniensibus & Eliensibus, invenitur & in piscinis.

3. Mil-

3. Millefolium paluſtre galericulatum minus flore minore. *The leſſer hooded Water-Milfoil. Found by Mr.* Dent *on* Teverſham *Moor in* Cambridgſhire. *Both ſorts obſerved by Mr.* Lawſon *in the Ditches by the Cauſſey over the Moſs to the* Fell *end near* Witherſlack, Weſtmorland. Flores huic multò pallidiores quàm præcedenti.

§. Cotyledon aquatica *J. B.* aquatica acris Septentrionalium *Lob.* paluſtris *Ger. Park.* Ranunculus aquaticus Cotyledonis folio *C. B. Marſh Pennywort, White Rot.* In paluſtribus frequentiſſima.

Foliis circinatæ rotunditatis in pediculis eorum centra occupantibus cum Cotyledone vera convenit: floſculis exiguis, pentapetalis dilutè purpureis, in infirmis tenuibus digitalibus cauliculis, eiſdémque ſemini inſidentibus, ab eadem longiſſimè diſtat.

§. 1. Stellaria aquatica *Park.* Millefolium aquaticum ſtellatum, ſive Stellaria aquatica *C. B.* Alſine aquis innatans foliis longiuſculis *J. B. Water-Starwort or Star-headed Water-Chickweed.* Floſculi huic dipetali è ſingulis foliorum alis ſinguli. Nam folia latiuſcula velut ſtellatim in aquæ ſuperficie expanſa flores non ſunt.

2. Stellaria aquatica foliis longis tenuiſſimis. *The leſſer fine-leaved Water-Starwort.* Cum priore. *Obſerved, and ſhewn me, by Mr.* Pettiver. *I remember to have ſeen it among Mr.* Newton's *dried Plants.*

§. Militaris Aizoides *Ger.* Stratiotes ſive Militaris Aizoides *Park.* Aloe paluſtris *C. B.* Aloe ſive Aizoon paluſtre *J. B. Water-Aloe or Freſh-water-Soldier.* In fluentis pigrioribus & paluſtribus foſſis in inſula Elienſi copioſé.

Folia Aloes ſerrata, & flores tripetali hujus notæ ſunt.

§. Gladiolus lacuſtris Dortmanni *Cluſ. cur. poſt.* Leucoium paluſtre flore ſubcæruleo *C. B.* Glad. lacuſtris Cluſii, ſive Leucoium paluſtre flore cæruleo Bauhini *Park. Water-Gladiole. In a Pool called* Hulſ-water *that divides* Weſtmorland *from* Cumberland. *Obſerved by Mr.* Lawſon *in* Winandermere *plentifully, and in* Grayſon Tarne *near* Cokermouth *in* Cumberland.

§. Grami-

§. Graminifolia paluſtris repens, vaſculis granorum Piperis æmulis. *Pepper-graſs.* Perexigua hæc plantula per terram repit foliis capillaceis. In alis foliorum globulos ſeſſiles profert granorum Piperis magnitudine ferè, ſeminibus albis refertos.

§. Perſicaria ſiliquoſa *Ger.* Noli me tangere *J. B.* Mercurialis ſylveſtris, Noli me tangere dicta, ſive Perſicaria ſiliquoſa *Park.* Balſamine lutea ſive Noli me tangere *C. B. Quick in hand. Touch me not. We obſerved it on the Banks of* Winandermere *near* Ambleſide. *By the Cloth-Mill in* Saterthwait *Pariſh*, Lancaſhire, *and in many places of* Weſtmorland, *Mr.* Lawſon.

§. Myoſuros *J. B.* Cauda muris *Ger.* Holoſteo affinis Cauda muris *C. B.* Holoſteum Loniceri, Cauda muris vocatum *Park. Mouſe-tail.* In arvis, hortis, ad vias & inter ſegetes ſed rariùs.

Floſculi herbacei pentapetali. Semina in ſpicam oblongam caudæ muris æmulam excurrunt.

§. Polygala *Ger.* minor *Park.* vulgaris *C. B.* Polygalon multis *J. B. Milk-wort.* In paſcuis, ſiccioribus præſertim & montoſis, ubique.

Vaſcula ſeminalia Thlaſpeos, compreſſa, didyma, bina intus ſemina claudentia: flores in ſpicis labiati & quodammodo galeati.

Florum alæ non defluunt, ſed paulatim auctæ in colorem viridem degenerant, & vaſculum ſeminale utrinque obtegunt.

Flores plerumque cærulei, interdum albi, carnei aut varii.

§. Cuſcuta maj. *C. B.* Cuſcuta ſive Caſſutha *Ger. Park. J.B. Dodder.* In Ericetis & inter legumina. Longiſſimis filamentis conſtat, poſtquam ſuccreverit radice, contiguis plantis ſeſe circumvolvens, alimentum inde exugens; unde *Hell-Weed* al. *Devil-guts* audit. Flores monopetali ſunt in quatuor (rarius quinque) ſegmenta brevia acuta diviſi, colore albo, calyce viridi ſucculento in quatuor pariter ſegmenta diviſo excepti; quibus ſuccedunt vaſcula ſeminalia rotunda ſingula quatuor ſemina oblongo-rotunda continentia. V. Hiſtor. noſtr. p. 1904.

Graminifolia plantula Alpina capitulis Armeriæ proliferæ. In pascuis ad radicem excelsæ cujusdam rupis *y Clogwyn du ymhen y Glyder* in agro Arvoniensi. D. *Lloyd.*

Graminifolia lacustris prolifera, seu plantulis quasi novis hinc inde cauliculis succrescentibus. In quibusdam lacubus montis *Snowdon.* D. *Lloyd.*

Subularia lacustris seu Calamistrum herba aquatico-Alpina. Aizoides Fusiforme Alpinorum lacuum D. *Lloyd.* Hujus plantæ, inquit, nil vidimus præter folia & radices, unde quo genere orta sit prorsus ignoramus. In fundo lacus exigui prope summitatem montis *Snowdon Phynon vrêch* dicti.

ARBO-


Subularia lacustris
seu Calamistrum
herba aquatico alpina
pag: 210

ARBORES & FRUTICES.

Arbores flore à fructu remoto seu sejuncto, &

1. *Nuciferæ.*

NUCES autem voco fructus majores putamine sicco & duriusculo nucleum claudentes; quæ vel sunt testâ durâ & fragili, ut *Juglans* & *Avellana*; vel molliore & coriaceo tegmine seu crusta obductæ, ut *Castanea*, *faginæ nuces*: & hæ vel tegumento exteriore undique opertæ, ut prædictæ, vel semiopertæ & calyce tantùm seu cupulâ exceptæ, ut *Quercûs*, *Ilicis*, *Suberis*: fructus cujusmodi *Glandes* appellantur.

§. Nux Juglans *J. B. Ger.* Juglans vulgaris *Park.* Juglans seu Regia vulgaris *C. B. The Walnut-Tree.* Nux fortè Persica, fortè Euboica Theophrasti, Basilica seu Regia Dioscoridis & Galeni; Persica & Basilica Plinii *J. B.* Anglicæ originis non est hæc arbor, verùm cùm passim seratur, nec rarò extra hortos & viridaria; locum aliquem in hac Synopsi vendicat, quæ præter spontaneas stirpes in agris etiam cultas admittit. Folia huic arbori pinnata, odorata.

§. Corylus sylvestris *C. B. Ger.* Corylus seu Nux Avellana sylvestris *Park. J. B. The Hasel Nut-Tree.* In sylvis & sepibus. Varia nomina apud Veteres sortitæ sunt hæ nuces. Nam & *Avellanæ* dictæ sunt, & antea *Abellinæ* patrio nomine, teste Plinio lib. 15. cap. 22. & *Ponticæ* eodem autore *loco cit.* & Prænestinæ à Prænestino agro. Dioscoridi Λεπτοκάρυα lib. 1. cap. 169. Hippocrati 2. de diæt. κάρυα πλατέα teste Casp. Hofman. in *de Medicam. Officin.* Theophrasto arbor ipsa Ἡρακλεωτικὴ κάρυα, ab Heraclea Ponti urbe. Sativæ (nostratibus *Filberds*) barbatæ

dictæ ſunt; ſylveſtres (*Haſel Nuts*) calvæ: ratio manifeſta eſt.

§. Fagus *C. B. Ger. Park.* Fagus Latinorum, Oxya Græcorum *J. B. The Beech-Tree.* In Meridionalibus Angliæ v. g. Cantio, Suſſexia, Southamptonia vulgatiſſima; obſervavi & in Hartfordiæ comitatu, unde miramur Cæſarem in *Commentar. de bello Gallico* Fagum Britanniæ denegâſſe.

Calyces echinati, quadripartiti, in quatuor cellis totidem nuces triangulares, læves, ſpadiceo cortice continent.

Caſtanea *J. B. Ger.* vulgaris *Park.* ſylveſtris, quæ peculiariter Caſtanea *C. B. The Cheſnut-Tree.* In ſylvis quibuſdam prope *Sittingburn* Cantii oppidum, & *Woburn* Bedfordiæ obſervavimus, an ſponteneam, an olim ibi ſatam neſcimus. Sylveſtris fructus ſativæ triplo minores ſunt. Calyces echinati binas ternáſve nuces continent.

§. Quercus latifolia *Park.* vulgaris *Ger.* vulgaris longis pediculis *J. B.* cum longis pediculis *J. B. The common Oak-Tree.* In ſylvis & ſepibus. Hujus unicam duntaxat ſpeciem in Anglia ſponte provenientem agnoſcimus, cujus, fructûs reſpectu, plurimæ habentur varietates. Quercus noſtras longis eſt pediculis, non brevibus, ut in Catalogo Plantarum Angliæ erroneè eam fecimus.

2. *Coniferæ.*

Conos voco fructus ſquamoſos, polyſpermos, ligneos ſeu coriaceos, in metæ plerunque formam turbinatos: hoc etiam nomine comprehendo fructus pluribus partibus cruſtaceis aut lignoſis per maturitatem dehiſcentibus, & ſemina intus concepta effundentibus, compoſitos, quamvis neque ſquamoſi ſunt, neque conoides.

§. Abietis notæ ſunt folia ſingularia ramulos undique cingentia, crebra, anguſta & in pleriſque brevia; proceritas eximia, materies levis.

1. Abies *Ger. Park.* Abies fœmina, ſive Ἐλάτη θήλεια *J. B.* An Abies mas conis ſurſum ſpectantibus *C. B?* Abies Taxi foliis vulgo. *The Female or Yew-leaved Fir-Tree.* In Alpibus Scoticis copioſè provenire aiunt, [verùm Piceam herbariorum

bariorum esse suspicor quæ ibi oritur.] Hujus generis arbores proceræ & speciosæ in colle quodam juxta *Worton* agri Staffordiensis vicum duobus m. p. à Neoporto Salopiæ oppidulo non incelebri remotum visendum è longinquo accedentibus de se spectaculum præbent: an sponte ibidem ortæ (ut opinatur D. *Plot*) an olim satæ nobis nondum planè constat; quamvis prius verisimilius videtur.

P. Hermannus in *Catal. Hort. Lugd. Bat.* Abietem conis sursum spectantibus sive marem (Taxi foliis) *C. B.* speciem distinctam facit ab Abiete alba sive fœmina *ejusdem*: cúmque utraque, utpote in horto culta, ipsi non possit non esse notissima; Abies illa prior seu conis sursum spectantibus nobis incognita erit: quod tamen demiror, cùm Taxi folia ipsi attribuerit, cujusmodi sunt, Clusio, J. Bauhino, Daniele Axtio, & ipsâ experientiâ testibus, Abietis fœminæ Theophrasti i. e. secundæ seu albæ aut fœminæ *C. B.* folia.

2. Abies mas *Theophrasti.* Picea Latinorum sive Abies mas Theophrasti *J. B.* Picea *Park.* Picea major *Ger.* Picea major prima seu Abies rubra *C. B. The common Firr-Tree or Pitch-Tree.* Hujus coni deorsum dependent. In Alpibus Scoticis copiosè provenire aiunt.

§. Pinûs notæ sunt folia longiora, bina ex eadem theca seu tubulo prodeuntia.

Pinus sylvestris foliis brevibus glaucis, conis parvis albentibus. An Pinus tertius Hispanicus humilis *J. B*? Hortulanis nostris *The* Scotch *Firr* i. e. Abies Scotica, perperam dicta. In Scotia prope lacum *Loughbrum*, inter lacum & montem vicinum.

Passim in hortis & viridariis nostris colitur, & in Alpibus Stiriacis spontaneam observavimus, unde miramur eam à Botanicis vel præteritam, vel obscurè admodum descriptam.

In viridariis culta in proceram satis arborem adolescit, caudice recto, firmo & minimè contorto, cortice minùs scabro quàm Pinastri vulgaris, cinereo seu albicante; foliis brevioribus, latioribus, glaucis; conis parvis, acutis, albentibus; seminibus minimis.

§. Alnus *Ger.* vulgaris *Park. J. B.* rotundifolia glutinosa viridis *C. B. The common Alder-Tree.* In aquosis.

Arbor est conifera & julifera succo aqueo, foliis Coryli.

§. Betula *omnium Autorum. The Birch-Tree.* In ſylvis humidis, ericetis & montoſis, ſolo ſpongioſo cui arenæ ſubſunt.

Fructu ſquamoſo ſemina continente ad coniferarum arborum genus pertinere ſe prodit; folio deciduo ad Populneum accedente, virgis tenuibus lentis rubentibus; cortice albicante, cuticulas annuatim exuente, ab Alno differt.

3. *Bacciferæ.*

§. Juniperus vulgaris baccis parvis purpureis *J. B.* vulgaris *Park.* vulgaris fruticoſa *C. B.* item vulgaris arbor *ejuſdem.* Juniperus *Ger. The common Juniper-Tree.* In ericetis agri Cantiani, Eſſexienſis, & alibi in Anglia copioſé.

Juniperi notæ genericæ ſunt lignum odoratum, folia perpetua, anguſta, acuta; terna in ſingulis baccis grana.

2. Juniperus Alpina *J. B. Cluſ. Park.* Alpina minor *Ger. emac.* minor montana, folio latiore, fructúque longiore *C. B. Mountain dwarf Juniper.* In altiſſimo Cambriæ monte *Snowdon* dicto, inque montibus Weſtmorlandicis in Septentrionali Angliæ parte. Utrobique à vulgo *Sabina* dicitur.

§. Taxus *Ger. Park. J. B. C. B.* & omnium ferè Botanicorum. Smilax Dioſcoridis lib. 4. cap. 80. Μίλαξ Theophraſti 3. hiſt. 10. *The Yew-Tree.* In montoſis ſylvis & ſepibus, in Occidentalibus & Meridionalibus Angliæ partibus frequens eſt.

Folia anguſta, non pungentia, ſaturo virore prædita, pennatim in ſurculis diſpoſita: Baccæ unico nucleo præditæ.

4. *Lanigeræ.*

§. Populus ſemine julis lanigeris incluſo cum Salice convenit, foliorum formâ latâ & angulosâ ab ea differt.

1. Populus nigra *Ger. C. B. Park.* nigra, ſive Αἰγείρος *J. B. The black Poplar.* Ad fluvios & in aquoſis. Folia hederaceis figurâ ſuâ accedunt, ex rotundo mucronata, glabra, atro virore ſplendentia.

2. Populus alba *Ger. Park.* alba, λάδκη *J. B.* alba, quæ λάδκη ab albedine dicitur, majoribus foliis *C. B. The white Poplar*

Poplar or Abele-Tree. In iisdem cum præcedente locis. Folia supernè atro virore prædita, subtus, tomento denso incano, ceu Tussilaginis, pubescunt.

Alia hujus species habetur foliis minoribus, quæ Populus alba foliis minoribus *C. B. Park.* folio minore *J. B.*

3. Populus Libyca *Ger. Park.* Libyca Plinii, κερχὶς Theophrasti *J. B.* tremula *C. B. The Asp or trembling Poplar.* In sylvis, locis uliginosis, & inter Betulas. Folio est continuè tremente, breviore & rotundiore quàm nigra, per ambitum inæqualiter dentato.

§. Salix julis seu nucamentis è multis vasculis seminalibus compositis, quæ semen pappo involutum continent cum Populo convenit, foliis longis, aut saltem circumscriptione æqualibus & minimè angulosis ab eodem differt.

1. Salix maxima, fragilis, alba, hirsuta *J. B.* vulgaris alba arborescens *C. B.* arborea angustifolia alba vulgaris *Park. Ger. The most common white Willow.*

Hæc omnium nobis cognitarum Salicum maxima est, & in satis crassam & proceram arborem adolescit.

2. Salix pumila angustifolia infernè lanuginosa *J. B.* pumila brevi angustóque folio incano *C. B.* humilis angustifolia repens *Park. Narrow-leaved Dwarf Willow.* Vel hanc, vel ejus varietatem folio utrinque lanuginoso & argenteo invenimus in arenosis propè Sandvicum Cantii maritimum oppidum: cujus meminit Clusius foliis paulò latioribus, in sabulosis Hollandiæ aggeribus inter gramina & Spartum passim nascentis.

3. Salix pumila angustifolia, prona parte cinerea *J. B.* Salix pumila Linifolia incana *C. B.* malé. Pumila angustifolia recta *Park.* Chamæitea sive Salix pumila *Ger.* Huic nobis eadem videtur Salix humilis repens angustifolia *Lob. Common creeping dwarf Willow.* In ericetis & palustribus, præsertim montosis. Folio est angusto, oblongo, supernè obscurè virenti, subtus cinereo; virgis tenuibus, interdum pedalibus aut cubitalibus, sæpius humi procumbentibus, reptatricibus.

4. Salix folio longo latoque splendente fragilis. An Salix fragilis *C. B. Park.*? Salix spontanea fragilis Amygdalino folio auriculata & non auriculata *J. B.*? *The crack Willow.* In aquosis & salicetis. In mediocrem arborem si permittatur adolescit.

5. Salix folio auriculato ſplendente flexilis *Cat. Cant.* An Salix folio Amygdalino utrinque virente aurito *C. B?* viminalis nigra *Park? The round-eared ſhining Willow.* In Salicetis. Frutex potiùs eſt quàm arbor: Auricularum ſubrotundarum ad exortum foliorum magnitudine inter Salices inſignis eſt. Folia quàm præcedentis minora ſunt.

6. Salix folio Amygdalino utrinque aurito, corticem abjiciens. *Almond-leaved Willow that caſts its Bark.* In Salicetis. Foliis eſt Amygdalinis, in prælongos & tenuiſſimos mucrones productis; Cortex caudicis & ramorum adultiorum cinereus rimas agit, & à ligno ſponte abſcedit. Præcedens etiam arbor corticem abjicit, verùm non adeò manifeſté.

Qu. An Salix corticem abjiciens à Thoma Williſello Darkingæ in Surreia obſervatus cum julo denſiſſimo tomento ſeu Cotone conferto, ſit ab utraque diverſa, an alterutri harum eadem?

7. Salix humilior foliis anguſtis ſubcæruleis, ex adverſo binis. Salix tenuior, folio minore; utrinque glabro, fragilis *J. B. The yellow dwarf Willow.* Juxta torrentes & udis locis creſcit. Hæc ſpecies, ut & Salix arborea vulgaris, Salix humilis anguſtifolia, Salix caprea latifolia, nobis obſervantibus, & aliæ fortaſſe pleræque ſpecies excrementum producunt in ramorum faſtigio, Roſæ æmulum, foliis confertim ſtipatis compactile: unde Salix roſea perperam à nonnullis pro diſtincta Salicis ſpecie habetur.

8. Salix folio Laureo, ſeu lato glabro odorato. An Salix latifolia non hirſuta cum gallis *J. B? Bay-leaved ſweet Willow.* In Weſtmorlandia, & montoſa comitatûs Eboracenſis parte ad rivos frequens.

9. Salix pumila montana folio rotundo *J. B. Round-leaved mountainous dwarf Willow. On the Rocks on the uppermoſt part of* Ingleborough-Hill *on the North ſide: and on a Hill called* Whernſide *over againſt* Ingleborough, *on the other ſide the ſubterraneous River.* Tho: Williſel. *Alſo in* North Wales *on the tops of moſt high Mountains.*

10. Salix latifolia rotunda *C. B.* caprea rotundifolia *Ger.* latifolia rotunda *Park.* latifolia infernè hirſuta *J. B.* qui hanc à ſequente non vult ſpecie differre. *Round leaved Sallow.* In ſepibus. J. Bauhini ſententia nobis etiam probatur.

11. Salix

11. Salix folio ex rotunditate acuminato *C. B.* caprea latifolia *Ger.* latifolia oblongior *Park.* latifolia infernè hirsuta *J. B. Common Sallow.* In sepibus passim, præsertim humidioribus.

12. Salix latifolia folio splendente. *Sallow with a shining leaf. This I observed growing plentifully about* Osten *in* Cumberland, *some twelve or fourteen Miles from* Pereth *in the way from thence to* Newcastle.

13. Salix folio longissimo *Cat. Cant.* angustis & longissimis foliis crispis, subtus albicantibus *J. B.* Salix oblongo incano acuto folio *C. B. The Osier.* Riguis gaudet locis, & ad aquas plerunque exit.

14. Salix folio longo subluteo, non auriculata, viminibus luteis; eadémque viminibus rubris. *The long-leaved yellowish Sallow.* In Salicetis colitur ad vitilia. Folia huic unciam lata, tres uncias longa & bina plurimùm in surculis adversa.

Priores novem species folio sunt compactiore & solidiore durioréve; posteriores quinque folio laxiore & rarioris texturæ.

Cæterùm Salices omnes celerrimè crescunt, & semestri minùs spatio virgas humanam altitudinem longè superantes emittunt.

5. *Vasculis foliaceis.*

§. Ostrya Ulmo similis, fructu in umbilicis foliaceis *C. B.* Ostrys sive Ostrya *Park.* Fagus sepium vulgo, Ostrys Theophrasti *J. B.* Betulus sive Carpinus *Ger. The Hornbeam, or Hardbeam-tree, called in some places the Horsebeech or Hornbeech, for some likeness of the Leaves to Beech.* In sylvis & sepibus. Cortex hujus arboris albidus & æqualis, unde etiam è longinquo facile dignosci potest.

Arbores & Frutices fructu flori contiguo.

HÆ vel ſunt flore ſummo fructui inſidente, vel eodem baſi fructûs cohærente. 1. Priores fructu ſunt plerunque ex reſiduo floris calyce umbilicato ſeu coronato, & dividi poſſunt in eas quarum fructus pulpâ humida ſemina ambiente conſtat, ſeu majore, *Pomiferæ*, ſeu minore *Bacciferæ*, & eas quarum ſemina materia per maturitatem ſicciore continentur. 2. Poſteriores, i. e. quarum flos baſi fructûs cohæret, ſuntque vel fructu polypyreno, ſeu majore *Pomiferæ* dictæ; ſeu minore, *Bacciferæ*: vel fructu monopyreno; eóque itidem vel majore *Pruniferæ*, vel minore *Bacciferæ*.

Arbores & Frutices flore ſummo fructui inſidente.

Arbores Pomiferæ & Bacciferæ fructu umbilicato, humido majore, & minore.

Fructu umbilicato per maturitatem ſicco in Anglia non habentur.

§. 1. Malus ſativa. *The Apple-Tree.* In pomariis & ſepibus. Arbor eſt notiſſima, nec ulla indiget vel deſcriptione, vel nota characteriſtica. Innumeræ ſunt hujus arboris fructûs reſpectu varietates.

2. Malus ſylveſtris *Ger. Park.* ſylv. ſive agreſtis *J. B.* Mala Sylveſtria, quæ & alba & rubra, & majora & minora *C. B. The Crab-Tree or Wilding.* In ſylvis & ſepibus. A ſativa malo non aliter differre exiſtimo quàm ut ſpontanea à culta.

§. 1. Pyrus ſativa. *The Pear-Tree.* Hæc etiam non minus frequens eſt in Pomariis & ſepibus quàm Malus; nec minus nota quàm illa: Fructus pariter infinitùm variat.

2. Pyra-

2. Pyraſter ſeu Pyrus ſylveſtris: *The wild Pear-tree.* In ſylvis & ſepibus paſſim occurrit; & à ſativa non aliter differt quàm Malus ſylveſtris à ſativa.

§. Sorbus fructu acerbo, nec ante fracedinem eduli, cum Meſpilo convenit; foliis pinnatis Fraxineorum æmulis & floribus eóſque ſequentibus fructibus umbellatim congeſtis ab eadem differt.

1. Sorbus *J. B. Ger.* ſativa *C. B.* legitima *Park. The true Service or Sorb. I ſuſpect this to be the Tree called* Sorbus pyriformis, *found by Mr.* Pitts, *Alderman of* Worceſter, *in a Foreſt of that County, and ſaid to grow wild in many places of the Morelands in* Staffordſhire, *by Dr.* Plot Hiſt. nat. Stafford, p. 208. Vide Faſciculum noſtrum, p. 27.

2. Sorbus ſylveſtris foliis domeſticæ ſimilis *C. B.* ſylveſtris ſive Fraxinus bubula *Ger.* Aucuparia *J. B.* Ornus ſive Fraxinus ſylveſtris *Park. Quicken-tree.* In montoſis & uliginoſis, in Cambria, & Septentrionali Angliæ parte.

3. Sorbo affinis folio integro Aria Theophraſti dicta, Sorbus Alpina *J. B.* Aria Theophraſti *Ger.* Sorbus ſylveſtris Aria Theophraſti dicta *Park.* Alni effigie lanato folio major *C. B. The white Beam-tree.* In montibus ſylvoſis & petroſis, præſertim in Occidentali Angliæ parte. Variat folio acuto & obtuſo.

Arbor illa quam in Hiſtoria noſtra, Parkinſonum ſequuti, pro diſtincta Sorbi ſpecie poſuimus, ſub titulo Sorbi ſylveſtris Anglicæ *Red Cheſſe-Apples* and *Sea-Oulers*, in parco Witherſlacenſi creſcere dictæ, non alia eſt quàm Aria Theophraſti *Ger.* ut me certiorem fecit *D. Lawſon:* Vide Faſciculum noſtrum, p. 26. *Conſick Scar, Silverdale, Arnſide; Places in* Lancaſhire *and* Weſtmorland *where ſo called.*

§. Meſpilus à Sorbo differt foliis ſimplicibus non pinnatis, fructu magis ſparſo, non umbellatim naſcente.

1. Meſpilus Apii folio ſylveſtris non ſpinoſa ſeu Sorbus torminalis *C. B.* Sorbus torminalis *Ger.* torminalis ſeu vulgaris *Park.* torminalis & Cratægus Theophraſti *J. B. The common wild Service-tree or Sorb.* Locis ſylveſtribus & ſepibus. Folia Sambuci aquaticæ æmula, pedis anſerini formâ.

2. Meſpilus Apii folio ſylveſtris ſpinoſa, ſive Oxyacantha *C. B.* Oxyacanthus *Ger.* Oxyacantha vulgaris ſeu ſpinus albus *J. B.* Spina appendix vulgaris *Park. The White-thorn or*

Haw-

Haw-thorn. In ſepibus ubique. Folia Apii, ſpinæ per ramos & ſurculos rigidæ & acutæ; fructus rubri, parvi. Interdum variat baccis albis, luteis.

§. Roſa folio pinnato, flore ſpecioſo, frutice infirmo, & plerunque ſpinis corticalibus obſito à reliquis hujus generis differt.

1. Roſa ſylveſtris inodora ſeu canina *Park.* canina inodora *Ger.* ſylv. vulgaris flore odorato incarnato *C. B.* ſylv. alba cum rubore, folio glabro *J. B.* Cynosbatos & Cynorrhodon *Officinarum. The common Wild Briar or Dogs Roſe, the Heptree.* In ſepibus paſſim.

2. Roſa ſylveſtris odora *Ger.* ſylv. foliis odoratis *C. B.* foliis odoratis, Eglantina dicta *J. B.* ſylv. odora ſeu Eglanteria flore ſimplici *Park. The ſweet Briar or Eglantine.* Cum præcedente ſpecie convenire videtur: nec enim aliter quàm foliorum odore differt: cùm inter alias Roſas caninas una vel altera hujus generis in ſepibus occurrat, nec unquam plures ſimul. Adde quòd Roſa Eglenteria tranſplantando interdum degeneret & odorem amittat, ut obſervavit Lobelius. In hortis culta flore pleno invenitur.

3. Roſa ſylveſtris altera minor flore albo noſtras. An Roſa ſylveſtris folio glabro, flore planè albo *J. B?* An Roſæ ſylveſtris quarta ſpecies *Trag.* i. e. Roſa ſylveſtris 17. ſeu arvenſis candida *C. B?* An Roſa canina humilior fructu rotundiore *D. Plot? White-flower'd Dogs Roſe.* In ſepibus frequens.

A vulgari Roſa canina differt virgis gracilioribus, ſpinis rarioribus & multò minoribus obſitis; floribus albis, longioribus pediculis inſidentibus, pluribuſque ſimul in umbellæ formam compoſitis; fructu minore & rotundiore; foliis minoribus & ad Roſæ Pimpinellæ formam accedentibus: tota etiam planta minor eſt.

4. Roſa pumila ſpinoſiſſima, foliis Pimpinellæ glabris, flore albo *J. B.* Item, Roſa ſylveſtris pomifera Lobelio, ſine ſpinis pumila *ejuſdem.* Item, Roſa arvina Tabernamontani ſpinoſa *ejuſdem.* Roſa ſylv. pomifera minor *C. B.* Roſa Pimpinella ſive pomifera minor *Park.* Roſa Pimpinellæ folio *Ger. The Pimpernel Roſe,* rectiùs *The Burnet-Roſe.* In ſabuloſis. Altitudo cubitalis aut ſeſqui: Fructus rotundi, per maturitatem nigri; reliquas notas ſynonyma ſuppeditant. Hujus minor ſpecies ſeu potius varietas invenitur in Scotiâ, flore eleganter

ganter variegato. Videſis D. Sybbald. & Sutherland.

5. Roſa ſylveſtris pomifera major noſtras. Roſa pomifera major *Park. parad. The greater Engliſh Apple-Roſe.* In montoſis ſeptentrionalibus Eboracenſis & Weſtmorlandici agri copiosé. Fructus Pyri parvi forma & magnitudine, ſpinulis obſiti, & per maturitatem pulchrè rubentes.

§. 1. Ribes vulgaris fructu rubro *Ger.* vulgaris acidus ruber *J. B.* Fructu rubro *Park.* Groſſularia ſylveſtris rubra *C. B. Red Currants.* In ſylvis in Septentrionali Comitatûs Eboracenſis parte, inque Dunelmenſi Epiſcopatu & Weſtmorlandia. *D. Johnſon.*

Folia huic anguloſa, laciniata & quodammodo vitiginea, fructus in racemulis; virgæ & ſurculi non ſpinoſi.

2. Ribes Alpinus dulcis *J. B.* An Groſſularia vulgaris fructu dulci *C. B ? Sweet Mountain-Currants.* In agro Eboracenſi invenit *D. Dodſworth.*

Folia pluſquam dimidio minora quàm præcedentis & Uvæ criſpæ æqualia: Uvæ breviores, acini minùs rubri, ſubdulces & ferè inſipidi.

3. Ribes nigrum vulgò dictum folio olente *J. B.* fructu nigro *Park.* 3. *Ger. emac.* Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro *C. B. Black Currants, Squinancy-berries.* Ad fluviorum ripas. *We obſerved it at* Abington *in* Cambridgeſhire, Blunham *in* Bedfordſhire, *in* Warwickſhire *alſo and* Cumberland, *and here in our Neighbourhood by the* Hoppet-bridge *near* Braintree: ſemper juxta aquas, ut non immeritò Geſnero in Catalogo *Ribes ſylv. aquaticum Sabinæ ferè odore* denominetur.

§. Vitis Idæa frutex parvus, montoſis gaudens, flore urceolum referente, non racematim naſcente ut in præcedente genere, ſed ſingulatim.

1. Vitis Idæa magna quibuſdam, ſive Myrtillus grandis *J. B.* Idæa foliis ſubrotundis exalbidis *C. B.* Idæa foliis ſubrotundis major *Ger.* Vaccinia nigra fructu majore *Park. The great Bill-berry Buſh.* In montoſis Cumberlandiæ medio itinere inter *Hexham* & *Pereth* oppida; ſed copioſiùs propè vicum *Gamblesby*, ad ſextum ab oppido *Pereth* lapidem, viâ quæ Novum Caſtellum ducit: utrobique in paſcuis paluſtribus. *Mr.* Lawſon *obſerved it, together with the two following, in the Forreſt of* Whinfield, Weſtmorland.

Hæc

Hæc ſpecies maxima eſt earum quæ apud nos ſponte proveniunt, folio deciduo, non crenato.

2. Vitis Idæa anguloſa *J. B.* foliis oblongis crenatis, fructu nigricante *C. B.* Vaccinia nigra *Ger.* nigra vulgaria *Park. Black Whorts or Whortle-berries or Bilberries.* In ericetis & ſylvis humectis, ſolo paluſtri & ſpongioſo aquas retinente.

3. Vitis Idæa ſemper virens fructu rubro *J. B.* Idæa foliis ſubrotundis non crenatis, fructu rubro *C. B.* Vaccinia rubra *Ger.* rubra Buxeis foliis *Park. Red whorts or Whortle-berries.* Cum priore ſed rarior. In montibus Derbienſibus, Staffordienſibus, Eboracenſibus inter ericas copioſam obſervavimus.

4. Vaccinia rubra foliis Myrtinis criſpis *D. Merret. Four miles from* Heptenſtal *near* Widdop, *on a great ſtone by the River* Goriſp *in* Lancaſhire. Hanc ſpeciem loco ſuo natali nobis oſtendit *Tho. Williſell*, verùm neque florem ejus neque fructum vidimus. Quod ad folia & totum plantæ habitum reſpondebat ſatis aptè Viti Idææ, fructu nigro *J. B.* Idææ, foliis oblongis albicantibus *C. B.* Vaccin. nigro Pannonico *Park.* Pannonico, ſeu Viti Idææ *Ger.* Verùm ſi fructus ruber ſit, alia neſcio quæ ſpecies erit.

§. Periclymenum caule volubili ſcandente, floribus tubuloſis oblongis, cornu Venatorii quodammodo figurâ, odoratis, aggregatis, à reliquis bacciferis umbilicatis diſtinguitur.

Periclymenum ſive Caprifolium vulgare *Park.* non perfoliatum *J. B.* non perfoliatum Germanicum *C. B.* Periclymenum *Ger. Common Honey-ſuckle or Woodbind.* In ſepibus frequens.

§. Hedera frutex eſt paraſiticus, cirris ſuis arboribus aut parietibus adhærens & ſcandens, fructu in corymbos coacto.

Hedera communis major & minor *J. B.* arborea *C. B.* item major ſterilis *ejuſdem*; nec diverſum putamus *ejuſdem* minorem repentem. Arborea ſive ſcandens & corymboſa communis *Park.* item Hedera helix *ejuſdem* & *Ger. Climbing or berried Ivy, alſo barren or creeping Ivy.* Has enim non ſeparamus: cùm Hederæ accidat pro loco in quo oritur, & pro ætate, ut vel repat vel ſcandat, vel ſterilis ſit, vel fertilis. Cùm fructum fert erigitur, obſervante Cæſalpino.

Arbores

Arbores quarum flos basi fructûs seu imo fructui cohæret: & primò fructu per maturitatem humido.

1. *Pruniferæ.*

Pruniferas arbores voco quæ fructus majores proferunt, osficulum intus unicum, rarissimè geminum continentes, pericarpio seu pulpâ etiam per maturitatem humida undiq; cinctum, & membrana exteriùs tenui tunicatum.

Prunum propriè & strictè dictum est fructus major pediculo mediæ longitudinis inhærens, & in uno unicus, pulpa molli, osficulo fragili, oblongo & utrinque acuminato, compresso.

1. Prunus sylvestris *Ger. Park. J. B. C. B.* Acacia Germanica vulgo. Σπυλὰς Theophrasto. Spinus Virgilio. *The Black Thorn or Sloe-tree.* In sepibus passim. Incommoda est ad sepes vivas ob nimium reptatum; ad quas spina alba multo commodior: ad mortuas Spinæ albæ præfertur, quòd durabilior sit. Floret Martio aut Aprili pro Veris constitutione.

2. Prunus sylvestris major *J. B.* Pruna sylvestria præcocia *C. B.* Prunus sylvestris fructu majore nigro. *The black Bullace-tree.* In sepibus.

3. Prunus sylvestris fructu majore albo. *The white Bullace tree.* Hæc etiam in sepibus non rarò occurrit, an sponte an sata nescio. Hæ duæ Pruni, quamvis à Botanicis eodem Pruni sylvestris majoris nomine comprehendantur; utraque etiam nostratibus *Bullace-tree*, dicatur; si quæ aliæ Pruni, revera specie differunt: fructûs colore, figurâ aliisque accidentibus, stirpium etiam magnitudine distantes.

4. Prunus sylvestris fructu rubro, acerbo & ingrato. *This hath been observed by Mr.* Dale *in some Hedges both in* Essex *and* Suffolk.

§. Cerasus pediculis fructûs longis, fructu ipso breviore & ad basin latiore rotundioréque, osficulo pariter breviore ac tumidiore à Pruno differt.

1. Cerasus sylvestris fructu rubro *J. B. Common wild Cherry-tree.* In sylvis & sepibus non infrequens, fortè ex osficulis Cerasorum hortensium ab avibus eò delatis orta: Aiunt enim Plinius & Athenæus cerasa à Lucullo primùm in

in Italiam advecta ex Cerasunte oppido Ponti.

2. Cerasus sylvestris fructu nigro *J. B.* major ac sylvestris fructu subdulci, nigro colore inficiente *C. B. The black Cherry-tree.* In Suffolcia habetur in sepibus.

3. Cerasus sylvestris fructu minimo cordiformi *P. B. The least wild Heart-cherry-tree*, vulgò *the Merry-tree.* Circa Buriam & Mancunium in Lancastria, *Stockport* in Cestria, *Rosgil* in Westmorlandia. Se nullam inter hanc & Cerasum vulgarem differentiam, præterquam in fructûs figura cordiformi seu ovata, & parvitate differentiam observare potuisse ad nos scripsit *D. Lawson.*

4. Cerasus sylvestris Septentrionalis fructu parvo serotino. *The wild Northern Cherry-tree with small late-ripe Fruit.* Ad ripas fluvii Tesæ propè *Bernard-Castle* oppidum in Episcopatu Dunelmensi copiosé. Fructus parvus, rotundus, ruber, ante initium Septembris plenam maturitatem non assequitur. *D. Johnson.*

§. Cerasus avium nigra & racemosa *Ger.* racemosa, fructu non eduli *C. B.* Cerasus racemosa quibusdam, aliis Padus *J. B.* Cer. avium racemosa *Park. The wild Cluster-cherry or Birds Cherry. In* Westmorland *and the mountainous part of the* West Riding *of* Yorkshire; *and in the Woods of* Derbyshire. Folia infrà candidiora sunt, supernè nigriora, ut ad Salicis latifoliæ folia propiùs quàm ad Cerasi accedere videantur. A Cerasó genere differt quod racemosa sit, commodior ergo Padi ob distinctionem appellatio.

2. *Bacciferæ.*

Baccam voco fructum minorem, pericarpio seu pulpâ humidâ donatum, cui semina seu nuclei includuntur vel solitaria, vel bina, terna, quaterna aut plura.

§. Arbutus *Ger. Park.* folio serrato *C. B.* Arbutus, Comarus Theophrasti *J. B. The Strawberry-tree.* In occidentali Hiberniæ parte. Arbor est semper-virens, folio Laurino eleganter serrato. Floribus racematim pendulis, fructu Fragis simili.

§. Viscus est planta parasitica, seu Frutex arboribus aut fruticibus aliis innascens, baccifera, monopyrenos, semper virens.

rens. Viſcum *Ger.* vulgare *Park.* baccis albis *C. B.* Viſcus Quercûs & aliarum arborum *J. B.* Aureus Virgilii ramus *Æneid.* 6. nonnullis exiſtimatus. *Miſſel and Miſſeltoe.* Multis arboribus innaſcitur, Quercui, quod præſtantiſſimum habetur, Corylo, quod ejus ſuccedaneum eſt, & ſecundum bonitatis locum obtinet. Malo frequentiſſimè, Pyro, Oxyacanthæ, Aceri minori, Fraxino, Tiliæ, Salici, Ulmo, Sorbo, *&c.*

§. Sambucus aquatilis ſeu paluſtris *Ger.* paluſtris ſeu aquatica *Park.* aquatica *J. B.* aquatica flore ſimplici *C. B. Water Elder.* Ad aquas & fluviorum ripas. Folia Aceris minoris vel Sorbi torminalis foliorum æmula. Flores in umbella candidi. Acini rubri ſemen continent planum, latum, cordis effigie.

§. Laureola *Ger. Park.* ſemper virens flore luteolo *J. B.* ſemper virens flore viridi, quibuſdam Laureola mas *C. B. Dwarf-laurel, Spurge-laurel.* In ſylvis & ſepibus. Februario menſe aut Martii initio floret. Flos herbaceus è tubo oblongo in quatuor ſegmenta expanditur; baccæ oblongæ, nigræ, nucleo intus unico, duro. Folia craſſa, obſcurè viridia, in ſummis virgis denſa & velut in orbem diradiata.

§. Viburnum *Park.* Viburnum vulgo *C. B.* Lantana ſive Viburnum *Ger.* Lantana vulgo, aliis Viburnum *J. B. The pliant Mealy-tree,* Park. *The Wayfaring-tree,* Ger. In ſepibus, ſolo maximè inculto & argilloſo.

Vimina huic lenta lanuginoſa, folia ſubrotunda, incana, prona præſertim facie, flores in umbellis, baccæ per maturitatem nigræ, compreſſæ.

§. Cornus fœmina *Ger. C. B. Park.* Cornus fœmina putata Virga ſanguinea *J. B. The female Cornel, or Dogberry-tree, or Gatter-tree, or Prickwood.* In ſepibus, frutectis & ſylvis.

Folia Corni maris, materies ſolida & dura, unde lanionibus ad verucula adhibetur; Vimina rubra; Flores umbellatim diſpoſiti; baccæ per maturitatem nigræ, officulo dicocco.

§. Rhamnus Salicis folio anguſto, fructu flaveſcente *C. B.* ſecundus Cluſii *Ger. emac.* primus Dioſcoridis Lobelio, ſive litoralis *Park.* Rhamnus vel Oleaſter Germanicus *J. B. Sallow thorn.*

low-thorn, or Sea-Buckthorn. On the Sea-banks on Lindsey *Coast*, Lincolnshire, *plentifully, Dr.* Lister: *also on the sandy Grounds about* Sandwich *and* Deal *in* Kent. *Observed by Mr.* Lawson *on the Sea-bank between* Whitby *and* Lyth *in* Yorkshire *plentifully.*

Folia Oleæ, supernè viridia, subtus candicantia; flores ad foliorum ortus herbacei; fructus rotundi, flavescentes, monopyreni. Altitudo interdum tricubitalis aut major.

§. Ligustrum *J. B. Ger.* vulgare *Park.* Germanicum *C. B. Privet or Prim.* In sylvis, vepretis & sepibus.

Floribus racemosis albis, baccis nigris dipyrenis, viminibus lentis ab aliis fruticibus distinguitur. Inter omnes frutices, arbores & herbas nihil est quod in tot figuras & elegantias, effingi, flecti, aut formari tondendo queat ac Ligustrum. *P. Lauremberg. Horticult.* l. 1. c. 30.

§. Alnus nigra baccifera *J. B. C. B.* nigra sive Frangula *Ger.* Frangula, seu Alnus nigra baccifera *Park. The black-Berry-bearing Alder.* In sylvosis udis, non tamen admodum frequens. *In* Thorny-holme *in* Whinfield-Forest, Westmorland. *D.* T. Robinson *says it grows plentifully about* Hamsted.

Foliis subrotundis Alni, minoribus; baccis nigris; vi cathartica ab aliis fruticibus dignoscitur.

§. Berberis dumetorum *C. B.* Berberis *Park.* Berberis vulgo, quæ & Oxyacantha putata *J. B.* Spina acida sive Oxyacantha *Ger. the Barberry or Pipperidge-bush.* In collibus cretaceis: circa *Walden* Essexiæ oppidum copiosé.

Spinis acutis, fructu parvo, oblongo, rubro, sapore acido, racematim nascente, cortice candicante, à reliquis fruticibus baccifer is haud difficulter distinguitur.

D. *Sam. Newton* fructum hujus, sive fruticis, sive arboris, nem inter utrumque ambigere videtur, umbilicatum esse nobis asseruit, ideóque eam ad prius genus referendam.

§. Sambucus ramis medullâ plurimâ farctis, pauco ligno, flore & fructu in umbellas aut racemos composito, foliis alatis ab aliis arboribus distinguitur.

1. Sambucus vulgaris *J. B. Park.* fructu in umbella nigro *C. B.* Sambucus *Ger. Common Elder.* Ad macerias, & sepes,

ſepes, inque ruderatis & incultis locis, præſertim humectis & umbroſis.

2. Sambucus fructu albo *Ger. Park.* fructu in umbella viridi *C. B.* Sambucus acinis albis *J. B. White-berried Elder. Obſerved by Dr.* Plukenet.

3. Sambucus fol. laciniatis *C. B. J. B. Park. Ger.* propè Mancunium Lancaſtriæ in ſepibus, *Mr. Lawſon. Near* Briſtol, *D. Folliff.*

4. Sambucus humilis ſeu Ebulus *C. B.* Ebulus ſive Sambucus humilis *Ger. Park.* Ebulus ſeu Sambucus herbacea *J. B. Dwarf-Elder, Walwort or Danewort*, quia è Danorum occiſorum ſanguine ortum fabulantur. Ad vias, inque agrorum limitibus & cœmeteriis.

§. Agrifolio folia in ambitu longis acutis rigidis ſpinis armata, ſemper-virentia; baccæ parvæ, rotundæ, rubræ quaterna ſemina triquetra, ſtriata continentes.

1. Agrifolium *Ger.* Agrifolium ſive Aquifolium *Park.* Aquifolium ſive Agrifolium vulgo *J. B.* Ilex V, ſive aculeata baccifera folio ſinuato *C. B. The Holly-tree.* In ſepibus & frutetis.

2. Agrifolium baccis luteis nondum deſcriptum *P. B. Yellow-berried Holly. By* Warder-Caſtle *belonging to the Lord* Arundel. *Mr.* Dale *was ſhewn it at* Wiſton *in* Suffolk, *not far from* Buers. Agrifolii varietas eſt potiùs quàm ſpecies diſtincta.

§. Rhamnus catharticus *J. B.* ſolutivus *Ger. emac.* ſolutivus, ſive Spina infectoria vulgaris *Park. Buckthorn or common purging Thorn.* In ſepibus & ſylvis.

Folia hujus fruticis ad Pruni accedunt; baccæ per maturitatem nigræ, ſucco virente infectorio plenæ.

§. Erica baccifera procumbens nigra *C. B.* baccifera procumbens *Ger.* baccifera nigra *Park.* baccifera Matthioli *J. B. Black-berried Heath, Crow-berries or Crake-berries.* In montibus udis Derbienſibus, Staffordienſibus, Eboracenſibus, inque ericetis elatioribus frequens. Herba potiùs quàm frutex cenſenda eſt; ob nomen cum Ericis commune, & foliorum ſimilitudinem huc retulimus.

§. Rubus fructu è pluribus acinis densè ſtipatis compoſito uni & ſimplici flori ſuccedente, foliis in plura ſegmenta partitis, necnon parvitate & imbecillitate ſua, inſignibus notis à reliquis bacciferis fruticibus differt.

1. Rubus major fructu nigro *J. B.* Rubus vulgaris ſeu Rubus fructu nigro *C. B.* Rubus vulgaris major *Park. The Common Bramble or Black-berry-buſh.* In ſepibus & dumetis ubique.

2. Rubus minor fructu cæruleo *J. B.* repens fructu cæſio *C. B. Ger. emac.* minor, Chamærubus ſive Humirubus *Park. Dew-berry-buſh, or ſmall Bramble.* Inter ſegetes, & in arvis requietis.

3. Rubus Idæus ſpinoſus fructu rubro *J. B.* Idæus ſpinoſus *C. B.* Idæus *Ger. Park. The Raſp-berry-buſh, Framboiſe or Hind-berry.* In montibus ſaxoſis & udis Walliæ & Septentrionalium Angl.

Folia mollia, tripartito diviſa ſubtus incana; baccæ rubræ.

§. Euonymi nucleos adeò pauca pulpa oblinit, ut rectiùs ad arbores fructu ſicco referenda videatur. Euonymus vulgaris *Park.* vulgaris, granis rubentibus *C. B.* Euonymus Theophraſti *Ger.* Euonymus multis, aliis Tetragonia *J. B. Spindle-tree or Prickwood.* In ſepibus. Ramulis ob quatuor linearum ruſſarum extantium diſcurſum quadrangulis, fructu tetracocco quadrangulo rubente innoteſcit.

Arbores flore imo fructui adnaſcente, fructu per maturitatem ſicco.

§. Staphylodendron *J. B.* Nux veſicaria *Ger. Park.* Piſtacia ſylveſtris *C. B. The Bladder Nut-tree.* In ſepibus circa *Pontemfractum* Comit. Eboracenſis oppidum, non tamen ita copiosè ut auſim ſpontaneum aſſerere. In Cantio circa Aſhfordiam inveniri apud Parkinſonum legimus.

Folia Fraxini aut Sambuci; nuces geminæ in veſicis inflatis, in duos loculos ceu ſcrotum diſpertitis.

§. Buxus *J. B. Ger.* arboreſcens *C. B.* Buxus arbor vulgaris *Park. The Box-tree.* In colle quodam propè *Darking* Surreiæ oppidum, *Box-hill* inde dicto, copiosè provenit.

Folia

Folia parva perpetua; materies ſolida ponderoſa, flavicans; odor gravis, fructus tricuſpis & tricapſularis cum ſex intus ſeminibus lucidis ſpadiceis.

§. Ulmo arbori proceræ folliculi ſeminales compreſſi, Atriplicis hortenſis folliculorum æmuli, antequam folia erumpunt præcoci maturitate decidentes, & ſingula ſinguli ſemina continentes pro characteriſtica ſufficiunt.

1. Ulmus vulgatiſſima folio lato ſcabro *Ger. emac.* vulgaris *Park. The common Elm.* In ſepibus. Suſpicatur *D. Evelynus* Ulmum in Anglia ſponte non provenire, verùm aliunde initio advectam; ſupra *Grantham* aut Stanfordiam Septentrionem versùs non inveniri ex obſervatione generoſi & ingenioſiſſ. Viri D. *Guil. Awbrey* habeo; quod ſententiam *D. Evelyn* aliquatenus confirmat. Verùm aliæ arbores in Septentrionalibus, aliæ in Meridionalibus, aliæ in Occidentalibus tantùm inveniuntur.

2. Ulmus minor folio anguſto ſcabro *Ger. emac.* minor *Park. The narrow-leaved Elm. Obſerved by Mr.* Goodyer *between* Chriſt-Church *and* Limmington *in the* New-Foreſt, *Hampſhire.* Non alias obſervavit Auctor differentias præter parvitatem omnium partium.

3. Ulmus folio latiſſimo ſcabro *Ger. emac.* latiore folio *Park. The Wych-Haſel or broad-leaved Elm.* In ſepibus.

Folia hujus magnitudine ſua & figura Alni folia æmulantur, vel potiùs Coryli, quibus adeò ſimilia ſunt, ut pro iis in cautum fallant; mucrone tamen acutiore differunt.

4. Ulmus folio glabro *Ger. emac. Park. The ſmooth-leaved or Wych-Elm.* Cum prioribus. Variat fol. anguſto, & magis acuminato.

Altitudine & craſſitie primæ ſpeciei cedit; rami non adeò erecti ſunt, ſed in latum magis diffuſi, ſparſi & deorſum dependentes. Folia utrinque glabra, aliàs ſimilia.

§. Fraxini notæ ſunt cortex cinereus, unde *Aſh-tree* dicitur; folia pinnata bina adverſa; folliculi membranacei oblongi, ſemine extremum inferius ſeu quod ad pediculum eſt occupante, non ante Autumnum maturo; flores ſtaminei congeſti, ante folia erumpentes, & brevi evaneſcentes.

Fraxinus *Ger.* vulgatior *J. B.* I. ſive excelſior *C. B.* cui & Μελία Theophraſti. Fraxinus vulgaris Μελία Dioſcoridi, Μελίας genus excelſum & procerum Theophraſto *J. B. Common Aſh-tree.* In ſylvis & ſepibus.

§. Acer, fructu dicocco, membranâ utrinque extante alato; folio laciniato aut anguloso ab aliis hujus generis arboribus distinguitur.

1. Acer majus *Ger. emac.* majus latifolium, Sycomorus falsò dictum *Park.* majus, multis falsò Platanus *J. B.* montanum candidum *C. B. The greater Maple, commonly, yet falsly, the Sycomore-tree.* In cœmeteriis & circa nobilium ædes: nullibi tamen, quod sciam in Anglia sponte oritur.

2. Acer minus *Ger. emac.* minus & vulgare *Park.* vulgare minori folio *J. B.* campestre & minus *C. B. The common Maple.* In sepibus passim.

Acer operum elegantiâ & subtilitate cedro [rectiùs citro] secundum. *Plin. lib.* 16. *cap.* 15. Quin & nunc dierum in Angliæ partibus Borealibus ex hoc ligno vasa elegantia adeò tenuia detornantur, ut etiam lumen transmittant.

§. Gale, frutex odoratus Septentrionalium, Elæagnus Dod. *J. B.* Rhus myrtifolia Belgica *C. B.* Myrtus Brabantica sive Elæagnus Cordi *Ger.* Rhus sylvestris, sive Myrtus Brabantica vel Anglica *Park. Gaule, Sweet Willow, Dutch Myrtle.* In palustribus, *as in the Fens in the Isle of* Ely; *about* Wareham *in* Dorsetshire; *by the Rivulet between* Shap *and* Anna Well, *westmorland; and in many places of the North.*

Altitudo cubitalis; folia salicis cum quadam gravitate odorata: Fructus squamosi.

§. Ericæ notæ sunt statura humilis, folium perpetuum, flos nudus & plerunque urceolaris; vasculum seminale in imo flore ceu calyce clausum; in frigido sterili squalido palustri & spongioso solo vigere, quod paucissimis plantis conceditur.

1. Erica vulgaris *Park.* vulgaris seu pumila *Ger. emac.* folio Myricæ I. seu vulgaris glabra *C. B.* vulgaris humilis semper virens, flore purpureo & albo *J. B. Common Heath or Ling.* In montosis Septentrionalibus omnia latè occupat.

2. Erica vulgaris hirsuta *Ger.* Myricæ folio hirsuta *C. B.* Myricæ folio. tomentosis & incanis foliis Clusii *J. B.* vulgaris hirsutior *Park. Common rough-leaved Heath.* Cum priore, à qua certè eam non puto specie differre.

3. Erica

3. Erica tenuifolia *Ger.* virgata ſeu ſexta Cluſii *Park.* humilis, cortice cinereo, Arbuti flore *C. B.* ramulis ternis, floribus ſaturatioribus purpureis *J. B. Fine-leaved Heath.* In incultis. Altitudo pedalis; cortex cinereus; Folia ſaturatè viridia terno ordine diſpoſita, uti ſunt & ramuli; Flores Arbuti, ſaturatiùs purpurei, urceolos imitati, longa ſerie versùs ſummos caules.

4. Erica Brabantica folio Coridis hirſuto quaterno *J. B.* pumila Belgarum Lobelio, Scoparia noſtras *Park.* ex rubro nigricans Scoparia *C. B.* major flore purpureo *Ger. emac.* quoad deſcript. folio Coridis 13. *Cluſ. Low Dutch Heath, or Beſome-Heath. It is not uſed with us for Beſoms, that I ever ſaw, nor is fit for ſuch a uſe.* Rectiùs Erica paluſtris folio hirſuto quaterno diceretur, ſiquidem paluſtribus & aquoſis gaudet.

Flores in ſummitatibus ramulorum conferti velut in umbella, ampli, pallidè purpurei ſeu carnei, rariùs albi.

5. Erica foliis Corios multiflora *J. B.* Coris folio ſecundæ altera ſpecies *Cluſ.* Juniperifolia Narbonenſis densè fruticans Lob. *Firre-leaved Heath with many Flowers. On* Goon *hilly Downs going from* Helſton *to the* Lizzard-Point *in* Cornwal.

Hæc ſpecies diverſa eſt ab Erica Coris folio ſecundâ Cluſii, ſiquidem Cluſius ipſe diſtinguit, quantumvis C. Bauhinus, eúmque ſecutus Parkinſonus hanc cum illa eandem faciant.

Hæc autem ad cubiti, aut etiam ulnæ in lætiori ſolo altitudinem aſſurgit. Cortex ſurculorum teneriorum cinereus eſt, majorum ruſſus: *Caules* tortuoſi procumbentes: Folia longiuſcula, anguſta, Juniperinis aut potiùs Abiegnis quadantenus ſimilia, acuta non tamen pungentia, ſupernè viridia, infernè albicantia, ut Abietis fœminæ aut Juniperi, ad margines reflexa, adeò ut inferna parte concava videantur, crebra & conferta, ut ramulos juniores ferè celent, quemadmodum Juniperina, nullo ordine poſita, vel ſi quem affectent quina ſimul. Floſculi, ut in reliquis, pedicellis tenuibus appenſi, calyculati, breviuſculi & tumidi, pallidè plerunque carnei & pæne albi, interdum ſaturatiore purpura tincti, è quorum orificio extant apices novem atro-purpurei, ſtaminulis tenuibus inſidentes. Succedit in vaſculo exiguo ſemen parvum, ruſſum.

5. Erica ſupina maritima Anglica *Park.* An Polygonum puſillo vermiculato Serpylli folio Lobelii *Ger. emac.? Engliſh*

low Sea-Heath. In maritimis paluſtribus & arenoſis pluribus in locis. *I obſerved it in* Loving-land, *juſt over the Water at* Yarmouth; *in the Marſhes about* Thurrington *in* Eſſex *plentifully; and on the ſandy Ditch-banks by the way-ſide going from* Maldon *to* Goldhanger.

Ericæ ſpecies genuina non eſt, ſiquidem florem habet ſatis amplum, tetrapetalum, ut vult D. Goodyerus, verùm, ni me fallat memoria, pentapetalum: Ramuli tenues, provoluti, & folia parva, anguſta, ſaturatiùs viridia Ericam referunt.

§. Geniſta anguloſa trifolia *J. B.* anguloſa & Scoparia *C. B.* vulgaris & Scoparia *Park.* Geniſta *Ger.* & etiam Chamœgeniſta *ejuſdem*, ex ſententia *C. B.* & *Johnſoni. Common Broom.*

Foliis in eodem pediculo ternis, viminibus tenuibus, anguloſis, confertis, ab aliis ſiliquoſis flore papilionaceo donatis fruticibus diſtinguitur.

§. Geniſtella tinctoria *Ger.* Geniſta tinctoria Germanica *C. B.* tinctoria vulgaris *Park.* Tinctorius flos *J. B. Green-weed or Diers-weed, or Wood-waxen.* In paſcuis nimis frequens: ſiquidem vaccarum eam depaſcentium lac amarore inficit, unde & butyrum & caſeus ex eo facta amareſcunt. Herba ejúſve flos luteum vel flavum colorem præbet, Glaſto autem ſuperinducta viridem reddit. Solent enim pictores ex cœruleo & luteo ſimul contritis viridem colorem efficere.

A Geniſta vulgari parvitate ſua, & foliis in eodem pediculo non ternis ſed ſingularibus differt.

§. Geniſta ſpinoſa vulgaris *Ger. emac.* Spinoſa major longioribus aculeis *C. B.* ſpinoſa major vulgaris, ſive Scorpius Theophraſti, quem Gaza Nepam tranſtulit *Park.* Geniſtellæ ſpinoſæ aſſimilis Nepa quibuſdam *J. B. Furze, Whins or Gorſſe.* In ſabuloſis iteriſioribus & ericetis paſſim. Primo vere florere incipit.

Ramuli conferti denſiſſimo ſpinarum ſemper virentium vallo obſiti ut nec lumen tranſmittant. Non deſtituitur tamen foliis hic frutex, nec ſpinam pro folio habet, ut nonnulli volunt; ſed vere folia emittit parva, ex rotundo acuminata, interdum longiora, quæ brevi decidunt.

2. Geniſta ſpinoſa minor *Park.* aculeata minor ſive Nepa Theophraſti *Ger.* ſpinoſa major, brevibus aculeis *C. B. The*

leſſer

lesser Furze-bush. Cum priore, quâ minor & humilior est, spinis brevioribus, tenuioribus, pallidiùs virentibus non tamen minùs crebris. An specie à præcedente differat nécne mihi nondum constare fateor. Floret præcipuè sub Autumnum, quando prior maximam partem jam florere desiit.

§. Genista minor Aspalathoides, sive Genista spinosa Anglica *C. B.* Genistella minor Aspalathoides *J. B.* Genista aculeata *Ger.* Genistella aculeata *Park. Needle-Furze or Petty Whin.* In ericetis & humidioribus solo spongioso.

Hanc Botanographi nostrates pro Genista spinosa minore Germanica *C. B.* (quæ nusquam quod sciam in Anglia invenitur,) habuerunt. Errandi ansam præbuit C. Bauhinus, qui Genistellam aculeatam Lobelii h. e. Genistam hanc aspalathoidem nostratem pro Genista spinosa minore Germanica perperam accepit.

Altitudo cubitalis, cortex cinereus, folia glabra, glauca, Chamæsyces paria, è quorum alis spinæ, alias parvas è lateribus emittentes. Flores in summis surculis velut in spicâ, siliquæ breves habitiores.

§. Tilia ligulis foliaceis oblongis communi flosculorum pediculo adnascentibus; floribus pentapetalis, fructu rotundo parvo monococco; cortice lento & ad funes texendos habili ab aliis arboribus haud difficulter distinguitur.

1. Tilia vulgaris platyphyllos *J. B.* fœmina *Ger.* fœmina major *Park.* fœmina folio majore *C. B. The common Lime, Line or Linden-tree.* In areis & compitis: an sponte ullibi inveniatur nescio.

2. Tilia folio minore *J. B.* fœmina folio minore *C. B.* fœmina minor *Park.* Arbor piperifera *Cat. Altd. The small-leaved Lime or Linden tree; in some Countries called Bast.* In sylvis & sepibus: in Essexia & Sussexia frequens, inque agro Lincolniensi & alibi.

APPENDIX.

APPENDIX.

Plantæ rariores à D. Jacobo Boberto, *Horti Oxoniensis Præfecto, in Anglia observatæ; quarum Catalogum ad nos transmisit.*

GRamen caninum aristatum radice non repente sylvaticum, *Found plentifully growing in* Stoken-Church *Woods.*

Gr. secalinum majus sylvaticum. Gr. secalinum majus *Park.* An Gr. hordeaceum montanum sive majus *C. B? to whose Description in his Theatre ours seems not incongruous. In* Stoken-Church *Woods also.*

Gr. loliaceum multiplici spicata panicula. Varietas esse videtur Phœnicis vulg.

Gr. cyperoides minimum Ranunculi capitulo rotundo. *Frequently found on the Bogs on the West side of* Oxford.

Gr. pratense squamosa gluma tenuiore. An Festuca graminea glumis vacuis *J. B. C. B? Most frequent in the Meadows.*

Festuca graminea perennis hirsuta, gluma longiore dumetorum, spica divisa. Gr. bromoides maximum hirtum *Park. In* Godstow-Copse *near* Oxford.

Triticum spica multiplici *C. B.* multiplex *Ger. Sown in the Fields in many places.*

Triti-

Triticum majus glumâ foliaceâ. Trit. Poloniæ. An Triticum speciosum grano oblongo *J. B.? This I received first out of* Worcestershire, *where it is sown in the Fields.*

Tritici varietas culmo rubro. *This is commonly known by the Name of Red-straw'd Wheat, and much desired by our Country-men.*

Hordeum nudum seu Gymnocrithon *J. B.* Zeopyrum *C. B. It is sown in the Fields about* Islip *in* Oxfordshire, *and in other places.*

Nasturtiolum montanum annuum tenuissimè divisum. *This was brought me by* Richard Kayse *from S.* Vincent's *Rock near* Goram's Chair, *in the Parish of* Henbury, *three Miles from* Bristol. *It is something agreeable to the* Nasturtium Alpinum tenuissimè divisum septimum *C. B.*

Polygonatum Hellebori albi folio, caule purpurascente. *Found in the Woods on the North side of* Mendip Hills.

Polygonatum humile Anglicum. *It was found by Mr.* Philip More, *Gardener of* Greys-Inn, *in the Woods of* Wiltshire.

Thlaspi arvense perfoliatum minus *C. B. Among the Stone-pits between* Witney *and* Burford *in* Oxfordshire.

Eryngium campestre angustiore folio. *Found in* Warwickshire *by Mr.* Pettiver, *and is to be seen in Mr.* Darby's *Garden at* Hogsden.

Caryophyllata Alpina quinquefolia *C. B.* Pentaphyllea *Ger.* D. Sibbaldi. *In the Den of* Bethaick *in* Scotland.

Arundo vallatoria foliis ex luteo variegatis. *Found by the River* Thames *not far from* Oxford, *and proves beautiful in our Gardens.*

Tilia foliis molliter hirsutis, viminibus rubris, fructu tetragono. *'Tis known by the Name of the Red-Lime, and grows naturally in* Stoken-Church *Woods.*

Mespilus Apii folio seu Oxyacantha fructu albo. *In the Bowling-Green Hedge at* Bampton *in* Oxfordshire.

Ribes vulgaris fructu dulci *Clus.* Grossularia vulg. fructu dulci *C. B. In the Lord* Ferrers *Garden at* Stanton *in* Leicestershire, *brought out of the neighbouring Woods.*

Muscus pennatus capitulis Adianti. *This I found in* Bagly-Wood *near* Oxford, *and brought into the Garden, where it hath grown divers Years.*

Spongia fluviatilis ramosa fragilis. *In the River* Thames, *by* Swythens Wyars *near* Oxford. Differt à spongiâ fluviat. *Newton.*

Cor-

Carduus ſtellatus luteus foliis Cyani *C. B.* Spina ſolſtitialis *Dod. Lob. By the Hedges not far from* Cirenceſter *in* Gloceſterſhire.

Hieracium tertium *Tab.* Chondrillæ folio hirſutum *C. B. On* Cumner Hills, *and many other places about* Oxford.

Hieracium pumilum ſaxatile aſperum præmorſa radice *C.B. Found on the banks of* New Parks, *and divers other places about* Oxford.

Feſtuca Avenacea ſterilis ſpicis erectis. *In the Hedges beyond* Botley *near* Oxford.

Adiantum aureum minus hirſutum capitulis longis acutis. *On the Stone Walls about* Oxford *plentifully.*

Adiantum aureum medium, foliis tenuiſſimis, capitulis erectis acutis. *In the Bogs of* Bagly-Wood *near* Oxford.

Adiantum aureum minus capitulis rotundis.

Muſcus parvus ſtellaris *Ger.* Capitulis eſt Adianti, rotundis, brevibus, recurvis. *On* Coleman's Moor *near* Reading.

Muſcus muralis platyphyllos, an denticulatus major. *On divers Walls about* Oxford.

Virga aurea maxima radice repente, virga aurea ſerrata latifolia *C. B. I found it plentifully growing by the ſide of a ſmall River between* Wells *and* Glaſtenbury.

Sambucus fructu in umbellâ viridi *C. B. In the Hedges near* Watlington, Oxfordſhire. Variat baccis albis & ex albo flaveſcentibus.

Stirpium ſpecies novæ, hoc eſt, Catalogo noſtro non comprehenſæ, quas in Anglia *aut Inſulis adjacentibus obſervavit D.* Gulielmus Sherard *Collegii S. Joannis in Academia Oxonienſi Socius, & Botanicus peritiſſimus.*

ADiantum aureum minus paluſtre capitulis erectis coronatis. *In the Bogs beyond* Hitching-Ferry *near* Southampton.

Aparine minima. *Found at* Hackney *on a Wall.*

Salix

Salix caprea acuto longóque folio. *Found frequently about* Oxford. *'Tis not of young Shoots, but holds always so.*

Salix minima fragilis, fol. longissimis, utrinque viridibus non serratis. *The twigs are most sought after by Basket-Makers, Gardeners*, &c. *of a greenish colour tending to Redness; the buds reddish, the* Juli *at first red, and open of a greenish yellow; the leaves like those of the* Foliis longissimis crispis subtus albicantibus *J. B. but these are wholly green. In the Osier Holts between* Maidenhead *and* Windsor.

Cardamine major & ramosior. *'Tis much bigger in leaf and flower than the common* Cardamine, *branched from the bottom, and having larger leaves on the Stalk. In the Osier Holts by the* Thames-side, *over against my Lord Bishop of* London's *Garden at* Fulham. An Nasturtium aquaticum amarum *Park. C. B.?*

Bugula cærulea Alpina *Park. Found in* Stoken-Church Wood *by Mr.* Bobert.

Medica hirsuta pusilla Ononidis facie. *Seen among Mr.* Newton's *English Plants.*

Plants observed in Jersey *by the same Mr.* Sherard.

Gnaphalium ad Stœchadem citrinam accedens *J. B.* An Gnaph. Plateau secundum *Cluss. Hist. On the Walls and dry Banks very common.*

Lycopsis *C. B.* Echii altera species *Dod.* p. 680. cujus icon hanc nostram bene repræsentat. *In the sandy Grounds near* S. Hilary *plentifully.*

Cistus flore pallido punicante macula insignito *C. B.* Tuberaria minor Myconi *Lugd. On the West-side of the Island near* Grosnez Castle.

Scrophularia Scorodoniæ folio *H. R. Blæs. auct. By the Rivulet sides betwixt the Port and St.* Hilary.

Filix elegans Adiantho nigro accedens segmentis rotundioribus. *On the Rocks on the North side.*

Equisetum sub aqua repens, ad genicula polyspermon. *In Sir* Phil. Carterets *Fish-ponds.*

Fungus, Crepitus lupi dictus, coronatus & infernè stellatus. *In the sandy grounds near the shore on the East-side.*

Geranium saxatile lucidum foliis Geranii Robertiani. An Geran. Robertianum. *'Tis of the saxatile kind, having frequent*

1 species C. B. nisi ad geran. Robertian.

quent joints. In ſeveral places near the ſhore. I have ſince found it near Swannigh *in* Dorſetſhire. Geranium ſaxâtile Robertino ſimile Anglicum *Schol. Botan.*

Spergula ſemine foliaceo nigro, circulo membranaceo albo cincto *Hort. Bläſ. On the Shore every where. I have found it near* Southampton. *I know not whether all our* Maritimæ *be not* ſem. foliaceo. *Yea they are ſo; and poſſibly this may be no other than the common maritime* Spergula.

Alga folio membranaceo purpureo, Lapathi ſanguinei figura & magnitudine. In littus rejectum. *Mr.* Newton *ſhew'd it me ſince gathered in* Ireland *by Dr.* Moulins.

Gramen Arundinaceum aceroſa gluma. *'Tis different from* Parkinſon's. *On the Sea-coaſt over againſt* Normandy. *Mr.* Bobert *will have it to be the* Gram. paniculatum folio variegato *C. B. only not ſtrip'd.*

Gramen Alopecuroides ſpica aſpera brevi *C. B. Common on all the ſandy Grounds.*

Euphraſia latifolia viſcata ſerrata *H. R. Bläſ. In moiſt places near the Port. I take it to be the* Euphraſia lutea latifolia paluſtris *Cat. Ang. Doubtleſs it is ſo. Obſerved firſt by me in ſeveral Places of* Cornwal.

Alſine ſpuria puſilla repens foliis Saxifragæ aureæ *Cat. Ang. On a moiſt Wall near* Greville.

Fucus Gallo pavonis pennas referens *C. B. On the Rocks towards* Normandy *plentifully.*

Hæ tres plantæ in Synopſi habentur, verùm quia rariores & minùs obviæ ſunt, loca ubi ſponte proveniunt plura adnotâſſe convenit.

Stirpes & Obſervationes à Clariſſ. Viro D. Leonardo Plukenet, *M. D. communicatæ.*

ABſinthium marinum Seriphio Belgico ſimile, latiori folio. Eſt odoris grati. Seriphii Belgici varietas major nobis videtur. Ad oras maritimas Angliæ noſtræ offendimus.

Adiantum radicoſum erectius foliolis imis biſectis, cæteris verò integris tenuiſſimè crenatis, in Septentrionalibus Angliæ partibus

partibus proveniens, plurimum differt ab Adianto radicoso globulifero humi sparso, à D. *Georgio Daire* circa Tunbrigiam invento.

Alsine montana minima Acini effigie rotundifolia. An Alsines minoris alia species *Thal. Harcyn ?* In montosis Comitatûs Hertfordiæ ad confinia *Bucks*, propè vicum Chalfont D. Petri dictum.

Alsine Polygonoides tenuifolia flosculis ad longitudinem caulis velut in spicam dispositis. Polygonum angustissimo gramineo folio erectum *Bot. Monsp.* 211. In maritimis circa Bostoniam agri Lincolniensis.

Alsine palustris Ericæfolia, polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello. Saxifraga palustris Anglica Goodyeri *Park.* 428. item Alsine nodosa Germanica *ejusdem* 764. Alsine nodosa Germanica, aliis Arenaria *C. B.* cui in Prod. describitur. Arenaria *J. B.* In palustribus copiosè fere ubique occurrit. D. Plukenet sententiæ accedimus, quamvis in descriptione Arenariæ nonnulla sunt quæ Saxifragæ Goodyeri non exactè conveniunt.

Alsine aquatica perennis foliis Becabungæ *Morif. Hist.* 2. 324. item Veronica aquatica folio subrotundo non crenato *ejusdem* 323. Samolus Valerandi *J. B.* Anagall. aquat. 3. *Lob.* sunt unum & idem, ut nobis videtur.

Althæa vulgari similis folio retuso brevi. Alth. fol. rotundiori seu minùs acuminato *Hort. Edinburg.* In palustribus Eliensibus nobis occurrit.

Anagallis phœnicea foliis amplioribus ex adverso quaternis. Inter segetes sed rariùs.

Anonis procumbens maritima nostras foliis hirsutie pubescentibus. Ad maritimas arenosas Cornubiæ oras reperta & ad nos delata est.

Atriplex maritima nostras Ocimi minoris folio. Prope *Lynne* Norfolciæ oppid. inveni.

Atriplex maritima Halimus dicta, humilis erecta, semine folliculis membranaceis bivalvibus, in latitudinem expansis, & utrinque recurvis, longo pedunculo insidentibus, clauso. Propè *Scarbeck* vicum, unum milliare à Bostonia distantem copiosè provenit.

Muscus Polytrichoides pellucidus fere, foliis denticulatis, ad margines veluti crispis.

Musc. Polytr. elatior foliis angustis pellucidis & ferè membranaceis. In sylvosis uterque.

Muscus

Muſcus Polytrichoid. anguſtif. pellucidus, ramoſus. In locis ad ſylvarum margines paluſtribus, præſertim ubi aquæ ſcaturiunt.

Muſcus paluſtris in Ericetis naſcens floridus. Cui flos duriuſculus ſummo pediculo ſatis longo inſidens, calyculatus rubellus. Hanc Muſci ſpeciem floſculos proferre inſignis Botanicus *D. Sherard* primùm nos monuit.

Muſcus marinus ruberrimus *Mentzel. pugil.* In Sabrinæ æſtuarii litus aliquando rejicitur. An Muſc. marinus rubens pennatus noſter?

Muſcus maritimus Neapolitanus *Park.* Fucus fœniculaceus colore livido nobis. Coralloides lenta fœniculacea *J. B.* Inter rejectamenta in maritimis Angliæ invenimus.

Alga criſpa ſcabioſa rubra & pallida *J. B.* In eiſdem locis ſæpius occurrit.

Oenanthe Staphylini folio aliquatenus accedens *J. B.* In fluentis pigrioribus & paluſtribus foſſis in parochia *Quaplod*, Agri Lincolnienſis, non procul ab oppido *Spalding*.

Chryſanthemum ſegetum noſtras, folio glauco multi-ſciſſo major, flore minore. *The leaf almoſt as much cut and as variouſly as the firſt Cretic kind of* Cluſ. *but glaucous, and the Flowers not half ſo big. In Corn fields near* Glaſtenbury *but very rarely.*

Braſſica ſpuria minima, caule magis folioſo hirſutior. Piloſellæ ſiliquatæ ſpecies eſt, ſed ab utraque Thalii diverſa. *I found it upon a Stone-Wall not far from* Axbridge *in* Somerſetſhire.

Muſcus terreſtris clavatus ceranoides *Mentzel. pugil.* An Muſc. terreſtr. coralloides erectus incanus *C. B.* 361. An potiùs Muſc. coral. ſaxatilis, cervi cornua referens *ejuſd. ibid.*

Muſcus clavatus ceranoides, ſegmentis latioribus compreſſis, eburneo nitens.

Muſc. clav. ceranoides Gagateus nigredine ſplendens. *Theſe three found upon the dry Banks, on the ſide of a Wood belonging to my own Farm upon* Horn hill *near S.* Peters Chalfont *in* Buckinghamſhire.

Polygonum maritimum longiùs radicatum noſtras, Serpylli folio circinato craſſo nitente, fortè Polygonum minus lentifolium *C. B.* 282. & Prod. 131. Polyg. minus Monſpelienſe *Park.* 446. *This I found upon the* Severn *Shore, not far from* Weſton ſuper mare. *Mr.* Newton *alſo found it on the Coaſt of* Cornwal.

Fungellus Mithridaticus omnium minimus *Mentzel. About rotten Border-boards in the Lord* Pagit's *Garden at* Drayton *in* Middlesex.

Hieracii seu Pilosellæ majoris species humilis, foliis longioribus, rariùs dentatis plurimis simul, flore singulari nostras. *Upon a dry Bank, at the edge of a Wood, in a Lane leading from* Hornhill *to* Reickmeersworth *in* Hartfordshire.

Sphondylium montanum minus angustifolium, tenuiter laciniatum. *Near S.* Giles's Chalfont *in the mountainous Meadows* Buckinghamshire. *In* Shropshire, *Dr.* Bowles. *In* Hartfordshire *near* Tring, *Mr.* Doody. Sphondylium maj. aliud fol. laciniatis *Park.* An Sphondylium hirsutum fol. angustioribus *C. B?*

Clematis Daphnoides major flore cæruleo & albo *J. B. Found by Dr.* Richardson *near* Colchester.

Ranunculus aquaticus albus circinatis tenuissimè divisis foliis floribus ex alis longis pediculis innexis. Nobis. Millefolium aquaticum cornutum quoad figuram *J. B.* T. 3. lib. 38. 784. *C. B.* prod. 73. Hujus descriptio in *C. B.* prod. in omnibus convenit huic nostro, ut & Icon ejus in Prodr. exhibita. Qui plurimum differt à Ranunculo aquatico omninò tenuifolio ejusd. *J. B.* ibid. p. 781. quem Ranunculi aquatilis albi tenuifolii ipsius *J. B.* solummodò varietatem habemus. Provenit in aquis cœnosis frequentissime. *It vastly differs from the* Equisetum ramosum aquis immersum Raii.

Campanula Alpina minor rotundifolia *C. B. About* Reickmeersworth *in* Hartfordshire *in a dry Gravel-pit there, and in such like Places about* Croyden *in* Surrey.

Sagitta aquatica omnium minima à minore augustifolia *J. B.* specie differre videtur, quia nunquam à parvitate sua variat. *On the* Thames *Shore by* Lambeth-Bridge, *over against his Grace of* Canterbury's *Palace, and plentifully before the Earl of* Peterborough's *House above the* Horse-Ferry *on* Westminster-side, *before the gaining on the* Thames *for an Enlargement to the Court-Yard: and I never observ'd it elsewhere.*

Armeriæ species flore summo caule singulari: fortè Caryophyllus sylvestris humilis flore unico *C. B. P. Very different from the Maiden-Prick, and more truly answering the* Name, *never having but one single flower on top of the Stalk: growing in* England *as Mr.* Doody *informs.*

Stirpes

Stirpes & Observationes à D. Samuele Doody, *Pharmacopœo Londinensi literis communicatæ.*

Muscus trichoides ramosus foliis longis lucidis & veluti crispis. Ramos & capitula emittit solummodo in summitate, arbusculam imitans: radice repente præditus est. *Mr.* William Sherrard *gathered it in* Warwickshire, *and I have found it in some Heaths about* London.

Muscus trichoides medius capitulis sphæricis. Folia habet angusta, acuta, mollia, & primo vere, cum capitula producit, pallide virescentia. *On the Ditch Bank a little on this side Mother* Huffs *on* Hamsted *Heath.*

Muscus trichoides foliis capillaceis capitulis minoribus. *On the side of the Bogs on* Hamsted *Heath.*

Muscus trichoides capitulis oblongis reflexis. Folia mediocriter lata sunt, non expansa sed caulibus congesta, quorum singuli in perbrevi pilo desinunt: capitelli apex seu operculum hemisphærica & lucida est.

Muscus trichoides parvus foliis Musci vulgaris capitulis longis acutis. Caules obtinet erectos rubentes foliis minoribus, brevibus, acutis onustos, Musci vulgaris foliis non absimiles. Capitellis parum differt ab Adianto Aureo minore hirsuto capitulis longis & acutis D. *Bobart*, quorum apcies acuti aliquantulum curvi sunt. Descriptio Polytrich. aurei Apulei minoris quorundam *J. B.* aliquid alludit his Plantis.

Muscus trichoides hirsutus capitulis oblongis reflexis pedicullis brevibus insidentibus. *These three are common on the Walls about* London.

Omnes hi Musci perennes sunt & caules habent foliosos, altius insertionibus capitulorum assurgentes. Sequentes autem pauca folia solummodo obtinent circa radices, & ramulos vel stolones emittere nondum observavi, quare annuos esse conjicio.

Muscus trichoides minor capitulis longissimis.

Muscus trichoides humilior capitulis Pyriformibus erectis. *On* Hamsted *Heath.*

Muſcus trichoides minus foliis ad caulem convolutis, capitulis ſubrotundis reflexis. An Adiantum aureum minus capitulis rotundis D. *Bobart*? Folia viridia ſplendentia ſimul congeſta radiculam bulboſam quodammodo æmulantur: Muſcorum omnium trichoidum capitula primum erumpentia Pileo quodam induta ſunt, quod poſtea exuunt. (Qu. an flos ſit?) conſimilis figuræ frequenter eſt cum capitulo, quod in hoc in obtuſo apice deſinit, pileus tamen in ſpinulam abit.

Muſcus vulgaris flagellis tenuibus, foliis minimis. *About* Hamſted *Heath.*

Muſcus vulgaris minor cauliculis compreſſis. *In the ſame places.*

Hujus alteram ſpeciem majorem foliis majoribus rotundioribus etiam obſervavi, quæ forſan ſit Muſcus Platyphyllos D. *Bobart.*

Fungus Arboreus holoſericus infernè lamellatus. Hic ſuperne Fungum Ceraſorum aſſimilat & iiſdem ſtriis notatus eſt, ſed lamellæ plane diſtinguunt.

Fungus parvus Arboreus villoſus albus inferne lamellatus.

Fungus Arboreus inferne foraminibus longis & rotundis notatus.

Uſuea ſeu Muſcus cranio humano innatus. In Hybernia frequens eſt, unde nobis in uſum medicinalem delatus eſt. In *Hiſtoria Plant. accuratiſſimâ* inter Lichenes terreſtres ſteriles collocaſti, cùm Muſci vulgaris ſpecies minor eſt Adianti aurei capitulis, & mea ſententia non differt ab illo ſaxis & arboribus adnaſcente. Muſcum obſervavi in campis noſtris oſſibus bovinis & equinis adnatum ab Uſuea nec figura nec colore diſtinguendum.

Feſtuca elatior paniculis minus ſparſis Locuſtis ſtrigoſis ariſtatis purpureis ſplendentibus. An Feſtuca graminea effuſa juba C. B.? Deſcriptio in omnibus niſi locuſtarum colore, qui albus eſt, huic quadrat. Inter ſegetes prope Southamtoniam invenit D. *Sherrard* & nobis communicavit.

Equiſetum nudum lævius noſtras. Hæc eſt ſpecies illa nuda, quæ vulgo creſcit in Anglia, & diverſa eſt ab illa, nobis ab exteris regionibus delata, uſu artificum ſua opera ad poliendum: noſtrum enim nudum Equiſetum vulgaria ſcabritie vix ſuperat, alterum autem ligna, oſſa, & etiam metalla quaſi lima rodit: In hortulo meo diu colui ubi ſcabrities non perditur.

Bardana

Bardana ſive Lappa major capitulis minus tomentoſis. Hanc ſolummodo Bardanam tomentoſam inveni in Anglia & maxime differt à Perſonata altera cum capitulis villoſis *J. B.* cujus capitula minora, rotundiora, ſpinulis crebrioribus obſita, & magis lanugine obducta. An Lappa montana altera lanuginoſa *C. B?*

Hieracium Chondrillæ folio pratenſe glabrum majus Plura habet folia glabra, profunde laciniata, circa radicem ſtriata, ſingula lacinia in mucrone deſinit: caulis erigitur bipedalis, ramoſus, foliis veſtitus, flores parvos luteos ſuſtinens. Figura Hieracii foliis & facie Chondrillæ *Lob. Icon. fol.* 239. huic bene convenit, ſed authores deſcribunt eſſe hirſutum, cum noſtrum ſit glabrum.

Caryophyllus holoſteus arvenſis medius. An Caryophyllus holoſteus foliis gramineis *Mentz. in Pugillo?* D. *Stoneſtreet* invenit in Inſula Elienſi, & D. *Sherrard* prope Oxoniam. Forſan ſit varietas Caryophylli holoſtei flore minore *Cat. Angl.* A Caryophyllo item holoſteo flore minore differt non ſolum caulibus firmioribus & brevioribus, quinetiam foliis acutis, rigidioribus, glaucis, & floribus majoribus. Ad Holoſteum vernum flore majore magis accedit, in omnibus autem ſuis partibus minor eſt, & non ante Junium flores prodeunt, ut obſervavit D. *Stoneſtreet.*

Symphytum majus flore purpureo. D. *Plukenet M. D.* copioſe invenit prope Eaton. Gerardus Symphytum flore purpureo, ab albo non ſeparat, ſed mihi non occurrit exemplum alicujus plantæ naturâ flore albo, quæ variat flore purpureo aut cæruleo.

Allium bicorne inodorum, in hortulo meo colui, ubi habebat bulbam ſimplicem nigra tunica obductam, exacte quadrans deſcriptioni Allii Ceſtrienſis in *Catal. Angl.* nec dubitarem eandem eſſe plantam, niſi quod taceas de foliis, quæ in noſtro, non porracea, ſed juncea, compreſſa, latiora ſunt, & in capite Bulbulas minime edit, quòd illam diverſam reddit ſpeciem ab alteris duobus bicornibus in Synopſi deſcriptis, quæ bulbifera ſunt.

Gramen paniculatum minimum molle *Magnol. in Appen.* idem eſt cum gramine parvo præcoce panicula laxa caneſcente *Synop.*

D. Stoneſtreet Gentianellæ autumnalis ſpeciem majorem vidit, ſed ejus deſcriptionis oblitus eſt.

D. Plukenet M. D. copiose mihi ostendit Graminifoliam repentem palustrem vasculis granorum piperis æmulis *Cat: Angl.* in puteis ubi aquæ per hyemem stagnârunt, prope fontes medicatos Strethamenses, vascula quadripartita sunt multa minuta semina continentia : flores nondum observavi. Illic etiam inveni Gramen Junceum clavatum minimum *Hist. suæ Plant.*

Rubia sativa *J. B.* seritur in agris in usum tinctorum.

Trifolium siliquis Ornithopodii *Cat. Angl. Grows in* Tuthill *Fields.*

Lichen petræus cauliculo calceato *B. P. On* Hamsted *Heath.*

EMEN-

EMENDANDA & SUPPLENDA:

Ab amicissimo viro

D. *Tancred Robinson*, M. D.

Raptim fugientibus oculis ANNOTATA.

LYcopodium elatius Juniperinum clavis singularibus sine pediculis nondum descriptum pag. 16. est Muscus terrestris fol. retrò reflexis *J. B.* pag. Synop. 18. n. 10. Lycopodii altera species Histor. nost. p. 120.

Pag. 49. lin. 25. post Conyzam cæruleam acrem inseratur Carlina sylvestris *J. B.* sylv. maj. *Ger. Park.* Cnicus sylvestris spinosior *C. B.* *The common Wild Carline Thistle.* In pascuis siccioribus & ericetis frequentissima est. Annua est caule singulari hirsuto, florum staminibus fuscis.

Qu. An & quomodo Cnicus sylv. spinosior alter flore aureo perennis Hort. Reg. Paris. differat ab Acarna sive Acorna altera Apula *Col?* Nos in Historiâ pro eadem planta habemus, verum aliorum sententias requirimus, necdum enim nobis satisfactum est.

Pag. 56. post lin. 4. Chrysanthemum segetum *Ger. emac.* Segetum nostras *Park.* folio minus glauco *J. B.* Bellis lutea foliis profundè incisis maj. *C. B.* *Corn Marigold.* Inter segetes frigidiorum Regionum frequens, æstuosis tractibus rarius.

Pag. 62. post. lin. 41. Circæa Lutetiana *Lob. Ger.* Lutetiana maj. *Park.* Solanifolia Circæa dicta maj *C. B.* Ocymastrum verrucarium *J. B.* *Enchanters Nightshade.* In um-

brosis humidis, In sylvis & ad sepes. Calix bifolius. Flos dipetalus bifidus, semina lappulata deorsum reflexa.

Pag. 130. lin. 17. Vicia luteo flore sylvestris *J. B.* sylv. lutea siliqua hirsuta N. D. *C. B. Yellow Vetch with a rough pod. On* Glassembury Torre-Hill.

Pag. 146. lin. 30. Caryophyllus holosteus arvensis hirsutus flore majore *C. B.* Auricula muris pulchro flore albo *J. B.* Caryophyl. holost. *Ger.* holost. arvensis hirsutus *Park. Chickweed Mouse-ear with a large white flower. It is common on dry Banks, and Heaths among the Bushes.* Floret æstate. Folia & florum calices hirsuti.

Pag. 147. lin. 38. Alsine spuria pusilla repens foliis saxifragæ aureæ *Cat. Angl. Small creeping round-leaved Bastard-Chickweed.* Parvula admodum est & tenella: Hederæ terrestris modo per terram repit. Caules ejus seu propagines hirsutæ. Folia longis pediculis insident, rotunda, hirsuta, per margines crenata, Morsus gallinæ, vel Saxifragæ aureæ foliorum æmula, quibus tamen longè minora sunt. Ex alis foliorum singulis singuli flores exeunt, brevibus pediculis nixi, subrubri aut carnei, pentapetali, aut fortè uno foliolo in quinque lacinias diviso, nam in tantâ flosculorum parvitate accuratè discernere non potui. Semen in fundo calycis pentaphylli. Ad margines rivulorum in aggeribus udis unà cum Campanulâ Cymbalariæ foliis in Cornubia & Devonia frequens. Julio & Augusto mense floret. Hanc speciem in Historiâ omisi, etiam & Rosmarinum sylv. minus nostr. viti Idæa affinem, Polifoliam montanam *J. B.* Hieracium parvum in arenosis nascens seminum pappis densius radiatis Cat. Angl. &c.

Pag. 165. lin. 43. Allii genus in pratis & umbrosis sepium aggeribus propè Cestriam copiosum vidi, cujus bulbus simplex cortice nigro tegitur, mitem & vix perceptibilem Allii odorem spirans. Hujus flos mihi nondum conspectus, cum enim Cestriæ sui Maii mensis initio nondum floruerat. An Ampeloprasum *J. B. Park. Ger. Lob.* de quo mihi nondum satisfactum fateor.

Pag. 183. lin. 38. Hoc genus pro Gramine cum caudâ muris purpurascente aliquatenus simili *J. B.* aliquando habuimus.

Pag. 191. post. lin. 6. 22. Gramen supinum caninum longissimum D. *Morison* Primum longissimum *J. B. It grows twenty four feet long near* Salisbury *and in* Wales; *wherewith they fatten Hogs.* V. Phyt. Britan.

Pag.

Pag. 191. poſt lin. 9. 23. Gramen capillaceum locuſtellis pennatis non ariſtatis. In ſiccioribus. V. ejus deſcriptionem, Hiſtor. noſtr. p. 1288.

Pag. 205. lin. 20. Inſerantur duæ ſpecies ſequentes.

9. Gramen junceum ſpicatum ſeu Triglochin *C. B.* Triglochin *J. B.* marinum ſpicatum *Ger. emac.* triglochin Dalechampii *Park. Arrow-headed-graſs.* In paluſtribus frequens.

10. Gramen marinum ſpicatum *Cluſ.* junceum & ſpicatum alterum *C. B.* marinum ſpicatum alterum *Park. Sea-ſpiked-graſs.* Hoc genus folia habet majora & craſſiora, ſpicam denſiorem, vaſcula ſeminalia breviora, majora, rotundiora quam præcedens; in Iconibus hujus plantæ vaſcula ſeminalia non recte pinguntur. Malè inſcribitur à *J. B.* Gramen ſpicatum cum pericarpiis parvis rotundis, cum oblongiuſcula & ſtriata ſunt. In ſalſis maritimis ubique ferè.

CATA-

Catalogus Plantarum in Insula Jamaica sponte nascentium, quæ etiam Angliæ Indigenæ sunt. Communicat. ab Eximio Botanico D. *Hans Sloane*, M. D.

ALga latifolia 1. id est Muscus marinus Lactucæ folio *C. B.* Hæc fluctibus Maris sæpè in hujus insulæ litora rejicitur.

Alga viridis capillaceo folio. *C. B.* in aquis stagnantibus aut fluviis pigrioribus ubiq; satis obvia & frequens. Clematitis sylvestris latifolia. *C. B.* *In the Woods going to* Guanaboa *from the Town, and over the* Rio Cobre *near the* Angels.

Equisetum fœtidum sub aqua repens *C. B.* In fluviis ubique ferè.

Eruca maritima Italica siliquâ hastæ cuspidi simili *C. B.* *On House* Cayos, *a small Sandy Island without Port-Royal Harbour.*

Fungus campestris albus supernè, inferne rubens. *J. B.* *In the* Savannas *after rain.*

Fungi albi venenati viscidi *J. B.* *In the* Savannas *with the former.*

Fungus membranaceus auriculam referens, sive Sambucinus *C. B.* *On several Trees of this Island.*

Juncus lævis Holoschœnos 2, sive juncus maximus & scirpus major *C. B.* *In the great* Laguna *in the* Caymanes, *and in several such places of this Island very plentifully.*

Lenticula palustris vulgaris *C. B.* *On all standing Waters it is very common.*

Lichen petræus latifolius, sive hepatica fontana *C. B.* *In umbrosis rivulorum ripis.*

Mille-

Millefolium aquaticum 13. ſive Stellaria aquatica *C. B.* In rivulis frequens eſt.

Muſcus terreſtris latioribus foliis major. *Cat. Pl. Angl. In the mountainous Woods, as Mount* Diablo, &c. *it is ſometimes to be met with.*

Muſcus filicinus major. *C. B.* In ſylvis umbroſis mediterraneis.

Muſcus cruſtæ aut lichenis modo arboribus adnaſcens cinereus. *Cat. Pl. Angl.* In ſylvis, ſupra cortices arborum frequenter occurrit.

Muſcus cruſtæ aut lichenis modo arboribus adnaſcens flavus. *Cat. Pl. Angl.* cum priori.

Muſcus arboreus 7. ſive pulmonarius *C. B.* Arboribus grandioribus aliquando adnaſcitur.

Muſcus arboreus ramoſus *J. B.* In omnibus ferè arboribus reperitur.

Naſturtium aquaticum ſupinum *C. B.* Ad fontes, & in rivulis frequenter luxuriat.

Nymphæa alba major *C. B.* Aguapè ſive Nymphæa Piſ. *In a Pond near the* Angels, *and on the freſh Water River and* Laguna *in the* Caymanes *very plentifully.*

Parietaria officinarum & Dioſcoridis *C. B.* In umbroſis rupium fiſſuris. *As on the ſides of the ſhady Rocks going to ſixteen Mile Walk, and ſeveral other places of this Iſland.*

Perſicaria urens ſive hydropiper *C. B.* Hydropiper Braſilianum Marcgr. Ad rivulorum ripas & in locis paludoſis ubique naſcitur.

Plantago latifolia ſinuata *C. B. On this ſide the Ferry going to* Liguanee *by Land, in the North ſide of the Iſland near the Ruins of the old Town of* Sevilla.

Plantago aquatica major *C. B. near the Bridg over Black River going from the Town to Old Harbour.*

Polytrichum aureum minus *C. B.* In humidis & umbroſis, ſatis frequenter obſervavi.

Potamogiton aquis immerſum, folio pellucido, lato, oblongo, acuto. *D. R. Hiſt. Plant. It grows very plentifully in the Salt and Freſh Water Rivers in the* Caymanes.

Ranunculus aquaticus Cotyledonis folio *C. B.* Cotyledon repens Braſilienſis, Erva do capitaon Luſitanis Marcgr. Acaricoba Piſ. An Umbellifera? *On the moiſt Banks of the* Rio Cobre, *and the mariſh and wet Grounds in the* Caymanes *very copiouſly.*

Sagitta

Sagitta aquatica minor latifolia. *C. B.* In aquis ſtagnantibus.

Solanum bacciferum 1, ſive officinarum *C. B.* Aguaraquiyà Piſ. An Solanum fruteſcens Braſilianum, folio Capſici baccis rubris. Prod. parad. Batav. Herm ? An Solanum bacciferum vulgari ſimile maximum Sirinamenſe ejuſdem. *Near Mrs.* Guys *Houſe on* Guanaboa.

Soldanella maritima minor *C. B.* Convolvulus marinus ſeu Soldanella Braſilienſis. Marcgr. *On* Gun Cayos *a ſmall Sandy Iſland near* Port-Royal.

Sonchus levis laciniatus muralis parvis floribus *C. B.* Ubique fere vulgaris eſt.

Sonchus aſper laciniatus & non laciniatus *C. B. On the ſide of a Hill near Mr.* Batchelor's *Houſe.*

Typha paluſtris major *C. B. In the freſh water* Laguna *in the* Caymanes, *and in* Black River *near Mr.* Bynelofs's *Houſe.*

Veſicaria marina ramoſa & non ramoſa *J. B. This is frequently caſt upon the Banks of the Sea by the Waves, beyond the Paliſadoes near* Port-Royal.

Viſcum baccis albis *C. B.* Omnibus arboribus frequentiſſime innaſcitur.

INDEX

INDEX Stirpium,

EARUMQUE

USUUM & VIRIUM.

A.

Semen

B.

cessu usurpantur: in lacte decoctæ & catellis exhibitæ impediunt nè crescant.

Mulierculis nostratibus usitatum est herbam cum floribus ad alvum laxandam exhibere. *Schrod.*

Berberis seu Oxyacantha. 226

Baccæ refrigerant & astringunt, appetitum excitant, ventriculum roborant. Proinde cum Saccharo conditæ usus sunt frequentissimi in morbis ubi refrigeratione & adstrictione opus est, quales sunt Diarrhœa, dysenteria, &c.

Cortex medianus radicis aut ramorum vino albo aut Hispanico infusus & potus ictero medetur: vinum ejusmodi mirificè purgare Clusio pro secreto communicatum est: in lixivio maceratus flavo colore tingit.

Beta. 38

Laxat alvum ob nitrositatem. Errhinum est, præcipuè radix, nam succus ejus aut herbæ naribus exceptus sternutamenta proritat, & humores pituitosos è cerebro elicit, adeóque cephalalgiam etiam inveteratam compescit & sanat. Nonnulli tamen medicamentum hoc improbant & damnant. Plantulæ recentes cum radicibus leviter bullitæ, & ex aceto postea devoratæ cibi appetentiam afferunt, sitim compescunt, choleram reprimunt. Veteres tamen fatuitatem iis exprobrant.

Betonica. 80

Quamplurimæ huic herbæ virtutes attribuuntur quoquo modo sumptæ. Hinc Itali aliquem laudaturi inquiunt *Tu hai piu de virtu che non ha Betonica*, Plures habes virtutes quàm Betonica; & proverbialiter jubent, *Vende la tonica, & compra la Betonica*, Vende tunicam, & eme Betonicam. Cephalica inprimis est & hepatica, splenetica, thoracica, uterina, & demum traumatica. Hinc usu interno & externo creberrima venit, maximè in morbis capitis: in quem usum fumus foliorum exsiccatorum in tubis hauritur ad modum Nicotianæ.

Pseudo-Thea è foliis Betonicæ, Scorodoniæ & Chamæpityos confecta, edulcorata & calida pota in Podagra, Cephalalgiæ & nervorum affectibus mirificè prodest & dolores lenit. *D. Bowle.*

Radices hujus herbæ, contra quàm folia & flores, ori stomachóque ingratæ nauseam, rugitus & tandem vomitum cient.

Betula. 214

Succus

Succus qui ex hac arbore veris initio vulnerata effluit ad calculum renum & vesicæ, necnon stranguriam & urinam cruentam à multis, nec immeritò, celebratur.

Viminum seu surculorum gracilium usus ad magistratuum olim, nunc ad pædagogorum virgas; ad scopas, ad qualos plectendos, visco illitorum ad aucupia.

Cuticulæ candidæ quas annuatim exuit hæc arbor ad literas excipiendas idoneæ sunt, & chartarum usum supplere possunt. Vid. Hist. nost. p. 1410.

Folia usûs non minimi sunt in Hydrope, Scabie, &c. intus & extus adhibita. Cortex quia bituminosus calf. & emollit, adhibetúrque in suffitibus aeri corrigendo destinatis. Fungus vi pollet astrictoria, unde ramenta ejus hæmorrhoidibus insperſa ad miraculum fluxum cohibent. *Schrod.*

Plinius Gallias è Betula bitumen excoquere tradit. l. 16. c. 18.

Radix astringit validè, unde ad omnes affectus valet in quibus adstrictione opus est, ut v. g. urinæ incontinentiam, menses nimios, sanguinem è vulneribus manantem, biliosas vomitiones, hæmoptysin, dysenteriam aliásque ventris fluxiones, destillationes in dentes, gingivas, tonsillas & fauces, vel in vino decocta, vel in pulvere cum conserva rosarum assumpta, vel aqua ejus destillata. Quinetiam Alexipharmaca censetur & sudorifera; summâ eisdem cum Tormentilla viribus pollere.

Hujus turiones, germina novella & florum thyrsos dum adhuc teneri sunt in aqua aut carnium jure decocta, cum butyro & sale condita, Spinachiæ, Lupulorum aut Asparagi modo esitant nostrates, quibus saporis suavitate non multum cedunt, facultate detersoria præferuntur. Ulcera sordida purgat & glutinat herba; podagricos dolores cataplasmatis modo imposita mitigat.

Leviter cocta alvum solvit, ut & ejus jus: diutiùs aut sæpius, effuso subinde jure, adstringit. Succus illitus verrucas abigit. Brassica rubra potui ordinario infusa Scabiei medetur.

Burſa

C.

Castaneæ

Caſtaneæ glandes, ſed præcipuè interior membrana rubens, quæ corticem & fructum diſcernit, ſiſtunt vehementer omnes alvi fluores & ſanguinis rejectiones: coctæ & cum melle jejunis datæ tuſſientibus prodeſſe dicuntur.

In Italia ruſtici quamplurimi caſtaneis frixis ſe ſuóſque ſuſtentant. Urbani & lautiores ſub cineribus toſtas & decorticatas cum ſucco Limonum & tantillo Sacchari menſis ſecundis adjiciunt, & ſic præparatas *Piſtacias Italicas* vocitant. Verùm quocunque modo paratæ flatulentæ ſunt, ventriculo & capiti inimicæ, viſcerum infarctibus opportunæ, colico dolori obnoxiis & iis qui ad colicam proclives ſunt minus commodæ, imò noxiæ.

Spleneticum eſt & hepaticum, amarum citra mordacitatem, unde & leviter aſtringens, extergens, aperiens, vulnerarium. Utile eſt in ictero, menſibus ſuppreſſis, ſcorbuto, arthritide, lumbricis, & ſpecificè in morſu canis rabidi. Datur ejus decoctum utiliter tertianariis, quòd bilem per inferna dejicere dicatur, quo factum eſt ut quidam hanc herbam *Febrifugam* denominaverint. *Schrod.*

Hanc herbam per alvum purgare negat Dodonæus contra Veterum & recentiorum doctrinam. Caſp. Hofmannus affirmat, ſi modo debita quantitas detur.

Ceraſa acida refrigerant & aſtringunt, ſitim extinguunt, cibi appetentiam conciliant; unde ipſa in intinctibus ſumpta, eorúmve aqua ſtillatitia ardorem febrilem compeſcunt.

Dulcia alvum ſubducunt: nigra in morbis capitis, Epilepſia, Apoplexia, Paralyſi, in motibus convulſivis, inque balbutie & aliis loquelæ vitiis peculiariter proficua cenſentur; in uſu ſunt ſpiritus & aqua ſtillatitia.

Officula Ceraſorum, oleúmque è nucleis expreſſum, ut & gummi Ceraſi celebrantur vi lithontriptica.

Ceref. vulgare partium eſt tenuium, diureticum, emmenagogum & lithontripticum, ſanguinem coagulatum reſolvit, ſomnum ſuaviter inducit. Extrinſecus usûs inſignis eſt in dolore colico, inque urina retenta (impoſit. in cataplaſmatis.) *Schrod.* Si butyro frigatur herba & abdomini imponatur

Conyza.

Cuscuta.

D.

Denta-

E.

Theæ

F.

Herba

G.

medicamentis se maximum levamen ex decocto Geranii Robertiani percepisse nobis retulit.

Pulverem rad. & foliorum *Ger.* columb. ad hernias & rupturas persanandas in veteri vino sumptum singulare & efficacissimum remedium esse experimento suo confirmat Gerardus.

Siccat & astringit, ac proinde utile est ad quemcunq; sanguinis fluxum cohibendum, ulcera purganda, vulnera præsertim recentia sananda. Verùm præcipuus ejus usus est ad pannos cæruleo colore tingendos: nec tantùm cæruleum colorem de se præbet, sed aliorum ferè omnium colorum basis & fundamentum est.

Hujus succo Britanni antiqui ad corpora sua cæruleo colore inficienda uti solebant, quo terribiliores hostibus viderentur in prælio. *Cæs. Comment. de Bello Gallico lib.* 5.

Caliditate & frigiditate temperata est, in reliquis ad humiditatem inclinat, pulmonica ac nephritica, acrimoniam mitigans, expectorationem promovens, asperitatem leniens, alvum infantum leniter emolliens. Usus præcip. in tussi, raucedine, phthisi, pleuritide, vesicæ erosione, urinæ acrimonia. *Schrod.* Succus inspissatus ad hæc mala præcipuæ est æstimationis.

Adipsos nonnullis dicitur quòd famem sitímque sedet. *Columel.* unde nonnulli hydropicis eam dedêre, auctore Galeno, nè sitirent, insigni ægrorum levamine. Theophrasto Scythica radix dicta est, quia Scythæ hac & Hippace, i. e. caseo equino, ad 12 dies durare posse dicuntur in fame & siti.

Minus; *Herba impia* dictum, Anglis *Cudweed*, quod ruminantibus rumen amissum revocet: Northumbris *Chafeweed*, quòd ad intertrigines valet. Astringit & sicc. unde hæmorrhagiæ cuicunque, diarrhœæ & fluxui omni alvi, uteri, *&c.* medetur: contusa & oleo cocta ad livores, contusiones, cæsa & verbera utilis est. Aqua destillata ad

H.

Hemi-

Hor-

I.

Flores

K.

L.

Flores

Nuper

Nuper mihi quidam communicavit pro ſecreto infallibili ad icterum infuſionem Lentis paluſtris in vino albo, per 9 dies ℥ vj manè præbendo. *D. Bates* MS.

Lepidium. 117

Herba acris eſt: cum axungia trita & impoſita dolori iſchiadico & podagræ auxiliatur. Mulierculæ Burienſes decoctam in cereviſia ad partum facilitandum propinant. *Park.*

Leucoium. 108. 109

Lutei tum herba, tum præcipuè flores cordiales ſunt, dolores mitigant, menſes cient, ſecundinas proritant. *Schrod.* In uſu ſunt conſerva ex floribus, aqua deſtillata & oleum ex floribus infuſis, quod præſervat ab Apoplexia, & paralyticos juvat.

Lichen ſeu Hepatica. 14, 15, 20

Terreſtris hepatica eſt inſignis, in calidis cum ſiccitate hepatis malis: præcipue utilis in obſtructione hepatis & veſicæ, quorum ſignaturas in foliis gerit, hinc in hectica, ictero, ſcabie & lichenibus, gonorrhœa, febri: Extrinſecùs ſanguinem ſiſtit in vulneribus. *Schrod.*

Arboreus itidem ſanguinem profluentem compeſcit, vulnera recentia glutinat, alvum ac menſes ſiſtit. Ad pulmonis vitia, aſthma, phthiſin, tuſſim à noſtratibus exhibetur in pulvere, ſyrupo aut aqua deſtillata.

De vi ejus in ictero ſanando vid. *Hiſt. noſt.* p. 116.

Lichen marinus ſeu Lactuca marina. 6

Liguſtrum. 226

Ob viminum tenuitatem & flexibilitatem ad ſepes tonſiles & opera topiaria expetitur. Baccæ inſectoribus inſervire poſſunt.

Lilium convallium. 96

Flores ut & folia adversùs Apoplexiam, Epilepſiam, Paralyſin, vertiginem aliósque morbos capitis frigidos auxiliares eſſe feruntur. Inſigne itidem errhinon exhibent pulveriſati flores, ut & radices.

Limonium. 61

Semen aſtringit, proinde diarrhœæ, hæmorrhagiæ, & fluxui menſtruo nimio medetur.

Linaria. 61, 105

Urinam potenter movet, unde hydropicis conducit: morbum regium efficaciter diſcutit, vel decoctum herbæ in vino, vel ejuſdem aqua deſtillata. Extrinſecus ano impoſita

M.

N.

O.

Arbuſcula hæc ad vivas ſepes commodiſſima eſt, 1. Ob denſitatem ramorum & acutiſſimas ſpinas. Tum quòd frigoris patientiſſima ſit; tum denique quod radice non reptet, nec agricolæ moleſtiam creat Pruni ſylveſtris modo.

P.

Herba

tussi, asthmate. Extrinsecùs ad bubones & ulcera maligna.

Peucedanum. 63, 69

Radix in affectibus pectoris, tussi, inflationibus utilis esse dicitur, necnon in obstructionibus hepatis, lienis, renum, unde urinam ciet, & calculosis prodest. Extrinsecùs in hemicrania aliísque generibus cephalalgiæ à catarrhis ortum ducentibus, in tumoribus renitentibus, ulceribus inveteratis mundificandis convenit.

Veteres cerebri & nervorum affectibus, Lethargo, phrenesi, epilepsiæ, vertigini paralysi conducere aiunt.

Phyllitis. 22

Usus hujus præcip. est in liene tumido, fluxu alvi, expuitione sanguinis. Extrinsecùs mundificat vulnera & ulcera. Exsiccatæ pulvis in vehiculo convenienti exhibitus, aut conserva è foliis virentibus in suffocatione uterina & motibus convulsivis mira præstat.

Phalaris pratensis *v.* Gramen tremulum.

Phœnix *v.* Lolium rubrum.

Phu *v.* Valeriana.

Pilosella. 46

Astringit & siccat vehementer, hinc dysenteriam aliósq; alvi & uteri fluxus sistit, bilem æstuantem sedat, hernias curat. Sunt qui ad Regium morbum & incipientem hydropem commendunt. Vulneraria est, additúrque utiliter tum potionibus vulnerariis, tum emplastris & unguentis.

Succus herbæ illitus herpetem miliarem efficaciter compescit & sanat. Ob adstrictoriam facultatem ovium gregibus noxia consetur.

Pimpinella sanguisorba. 62

Cardiaca est & alexipharmaca; hinc virens vino injicitur ad cor exhilarandum, saporémque & odorem aromaticum melonis æmulum communicandum. Præservat à peste & morbis contagiosis.

2. Astringit validè: hinc in profluvio mensium, fluxu alvi, hæmorrhagia quacunque, in vulneribus & ulceribus siccandis, glutinandis & sanandis usûs est eximii.

Pimpinella saxifraga. 67

Lithontriptica, sudorifera & vulneraria habetur. Usus in præcavendis ac curandis venenis & morbis contagiosis; in reserandis obstructionibus hepatis, renum, pulmonum, mensium; in arena, calculo ac stranguria; in colicis doloribus; in tussi, asthmate, peripneumonia. *Vix mihi persuaserint*

Siccat

Quer-

Q.

R.

Regi-

A tin-

S.

Cortex

Sudo-

Herbam

Herbam crudam ineunte vere in acetariis comedunt Hispanicæ mulieres. Est autem stomacho grata, urinas evocat & vesicæ calculos expellit *Amat.* apud *J. B.* vulgus etiam nostras speciem repentem pro Nasturtio aquatico habet & utitur.

Sium aquaticum quodcunq; egregium est medicamentum in tumoribus mammarum Scrofulosis extrinsecus adhibit.

Solanum lethale. 97

Somniferum est & malignum. Baccas pueris esitantibus sæpius mortiferas fuisse legimus & audivimus. In calidis inflammationibus sine periculo adhiberi possunt ejus tum radices, tum etiam baccæ & folia.

Folia recentia mammis imposita, earum duritias & tumores emolliunt, discutiunt & sanant, etiam cancrosos.

Nobilis quædam Domina ulcusculo juxta oculum, quod cancrosum esse suspicabatur, folii recentis particulam imposuit, quæ noctis spatio uveam oculi tunicam adeò relaxavit, ut omnem pupillam contrahendi facultatem ei adimeret: adeo ut pupilla, oculo etiam clarissimo lumini obverso, alterius oculi pupilla plus quadruplo amplior esse persisteret, donec amoto folio uvea musculosam suam vim & tonum paulatim recuperaret. Atque hoc, nè quis casui imputet tribus vicibus experta est eadem Domina.

Solanum lignosum. 96, 97

Contra hydropem valere dicitur & morbo regio conferre. Herbæ & foliorum succus satis violenter purgant, experimento Parkinsoni; & Prævotius ligni decocto inter bilem benignè evacuantia principem locum tribuit.

Solanum vulgare. 97

Refrigerat validè; unde in Erysipelate, in dolore capitis, parotidibus, mammarum tumoribus adhibetur. Usum ejus in Erysipelate vehementer improbat Dodonæus, quòd repellat.

Solanum tetraphyllon *v.* Herba Paris.

Soldanella marina, i. e. Convolvulus.

Ventriculo inimica est & vehementissimè alvum ciet, humores serosos educens.

Sonchus. 42

Hoc nonnulli in hyeme dum viridis est & tener pro olere & in acetariis utuntur. Nos cuniculis & leporibus eum commanducandum relinquimus. Iisdem cum Lactuca viribus pollere existimamus: juniorem sci. & tene-

Tana-

T.

V.

Utile est in morbis pectoris, tussi, expuitione sanguinolenta, torminibus ventris *Schrod.* Extrinsecùs folia & flores præcipuæ æstimationis sunt in sopiendis doloribus quibuscunque, imprimis in affectibus ac tumoribus ani, hæmorrhoidibus, in capillis luteo colore tingendis. *Idem.*

Cephalica ac vulneraria est. Usus præcip. in dolore aliisque affectibus capitis à frigidis humoribus, in affectibus oculorum & pectoris, tussi inveterata: in obstructione hepatis ac lienis, ictero, torminibus ventris, dysenteria: inprimis atterit & expellit calculum, libidinem coercet, febrem tertianam fugat, arthritidem mitigat, vulnera sanat, partum facilitat. Extrinsecùs in cephalalgia, odontalgia, alopecia, melancholia, in oculorum lippitudine, imbecillitate, rubore: in angina, raucedine (collo circumplasmatizata) in tumore glandularum in faucibus (gargaris.) in dolore lienis (cum axung. porci) ac podagrico mitigando, in vulneribus adstringendis, ac putridis abstergendis, in procidentia ani, mariscis, &c. Hæc omnia *Schroderus.* Mirum tot viribus pollere plantam nulla insigni qualitate sensibili dotatam.

Decoctum hujus ad calculum valet. Vulneraria insignis est ac sudorifera. Intus sumpta adversùs tussim & vitia pulmonum conducit, item adversùs pestem & morbos contagiosos. Extrinsecus ad vulnera, ulcera, scabiem, cutis vitia commendatur.

Baccæ siccant & astringunt, unde ad alvi fluxiones, columellæ procidentiam & oris glandularum tumores commendantur. E radicum corticibus paratur viscum.

Flos recens refrigerat & humectat, emollit, laxat, è 4 cordialium numero est. Usus præcip. in fervore febrium compescendo doloréque capitis indè nato; in tussi, asperitate gutturis & pleuritide. Syrupus ad hos usus, & ad alvum leniter subducendam præcipuè commendatur.

Violarum semen est lithontripticum insigne, D. Butlero Cantabrigiensi olim inter arcana. D. Needham. Ast emulsionem

X.

EMEN-

EMENDANDA
IN
CATALOGO
PLANTARUM ANGLIÆ.

PAG. 11. Pro Alchimilla Alpina quinquefolia *C. B.* ſubſtitue Alchimilla Alpina pentaphyllos: & reliqua ſynonyma quæ in Synopſi adjiciuntur.

Pag. 36. Bardana major lanuginoſis capitulis, non tantùm lanugine incana, quibus echinorum ſpinæ intertextæ ſunt, à majore vulgari differt, ſed etiam echinis minoribus, eorúmque ſpinis brevioribus; éſtque non in montoſis tantùm, ſed paſſim ad vias frequens.

Pag. 42. Biſtortam Alpinam mediam ab Alpina minore ſpecie diſtinctam agnoſco: Nam & in adverſariis meis ad plantam, quam in monte Jura obſervavi, adnotatum invenio, *Specificè differre videtur à* Biſtorta noſtra Anglicana minore, *quæ omnibus partibus minor eſt*; quamvis poſtea per oblivionem aliter ſenſerim & ſcripſerim. Erroris hujus à D. *Tancred Robinſon* M. D. primò admonitus ſum, qui eundem à D. *Tournefortio* animadverſum nobis retulit.

Pag. 58. In ſynonymis Caucalidis Anglicæ flore rubente *Park.* pro Caucalide Monſpeliaca echinato magno fructu *C. B.* ſubſtitue Caucalis arvenſis echinata latifolia *C. B.*

Pag. 65. Chamæmelum nobile ſeu odoratius perenne pro Chamæmelo vulgari habuimus, à Parkinſono decepti, qui vulgare cum nobili confundit & à vulgo noſtrate, qui Chamæmelum nobile ſimpliciter *Camomile* id eſt, Chamomillam vocat. Notandum quòd in Pharmacopœa Londinenſi in Medicamentis compoſitis, inque formulis & Receptis quas vocant noſtratium medicorum ubi Chamæmelum præſcribitur nobile intelligitur: ſiquidem vulgare tum à vulgo, tum à Pharmacopœis ignoratur.

Pag. 161. Pro Hieracio montano latifolio glabro minore *C. B.* &c. pone Hieracium montanum Cichorii folio noſtras. An Hieracium Britannicum *Cluſ?* Alpinum aſperum Conyzæ facie *C, B?*

Pag. 162. Hieracium montanum non ramoſum, caule aphyllo, flore pallidiore, mihi dictum, non ſemper ramis caret, ſed unum non rarò emittit, ut in plantis à D. *Dale* in horto cultis obſervavi; cúmque aliæ notæ conveniant, pro Hieracio latifolio Pannonico primo *Cluſ.* illud habeo, cujus ſynonyma vide in Synopſi præcedente.

Pag. 6. Species illa Acetoſæ rotundifoliæ, quæ in montoſis Weſtmorlandiæ & Cambriæ invenitur, non eſt Acetoſa rotundifolia hortenſis *C. B.* Romana vulgò dicta; verùm Acetoſa rotundifolia repens Eboracenſis, folio in medio deliquium patiente *Moriſ. hiſt.* Veruntamen à D. *Edwardo Lloyd* admonitus ſum, Generoſum quendam Wallum ſibi aſſeverâſſe, Plantam hanc in hortum tranſlatam & cultam poſt duos tréſve annos faciem mutâſſe & Acetoſæ Romanæ vulgaris vultum & formam induiſſe, ut dignoſci amplius nequiret.

Pag. 188. Linum ſylveſtre cæruleum perenne, quod in agro Cantabrigienſi invenitur, nulli præter Moriſonum botanico deſcriptum opinor; ideóque ſynonyma ejus quæ habentur in Catalogo deleantur.

Pag. 251. Species illa Rhaphani aquatici, quam & quidem ſolam in Anglia obſervavimus, non eſt, ut opinabar, Rhaphanus aquaticus *Ger. Park.* aquaticus Tabernamontani *J. B.* aquat. foliis in profundas lacinias diviſis *C. B.* ſed Rhaphanus aquat. alter *C. B. Park.* &c. ut in Synopſi.

Pag.

Pag. 257. Rubiæ majoris ſpecies illa quæ in rupe Vincentiana propè Briſtolium ſponte & copiosè provenit, non eſt Rubia tinctorum ſativa; ſed ſylveſtris Monſpeſſulana major *J. B.* ſylv. *Park.* ſylveſtris aſpera ſive ſylv. Dioſcoridis *C, B.* & quidem ſpecie diverſa ab illa; cùm Rubiæ ſativæ ſuperficies quotannis emoriatur, hujus autem perennet. Nonnullis, ut audio Rubia hexaphyllos dicitur.

Appen-

APPENDICIS INDEX.

FINIS.

ERRATA.

PAg. 238. lin. ult. ad *Geran. Robertianum* adde *fœmina* C. B. *notis ad Geran. Robertianum.*

Pag. 243. lin. 27. pro *hirſutis* leg. *hirſutior. l.* antepen. l. *minor. l.* penult. l. *humilior,* & ſiqua alia ejuſmodi farinæ deprehendat, facile corriget Lector ingenuus.

BOOKS Printed for S. SMITH *at the* Prince's Arms *in* S. PAUL'S *Churchyard.*

PHthiſiologia ſeu Exercitationes de Phthiſi tribus libris comprehenſæ. Totumque Opus variis Hiſtoriis illuſtratum. Authore *Richardo Morton*, M. D. & Regii Collegii Medicor. Lond. Socio.

De Morbis acutis Infantum. Authore *Gualtero Harris*, M. D. Celeberrimi Colleg. Medic. Londinenſium Socio, atque Cenſore.

An Eſſay of the great Effects of even Languid and Unheeded Motio . Whereunto is annexed an Experimental Discourſe of ſome little obſerved Cauſes of the Inſalubrity and Salubrity of the Air and its Effects. By the Honorable *Robert Boyle*, Fellow of the Royal Society.

1565